



E libris

**gymnasio Mauritiano Magdeburgensi**

a venerabili

**Carolo Funk**

theol. doctore et gymnasii directore

a. 1857 hereditate relictis.

C. q. 14.

74  
1592-1744

26

Q. D. B. V.

DISSERTATIO PHILOLOGICA SECUNDA

DE

# DÆMONIBUS,

QUAM

INDULTU

AMPLISS. FACULT. PHILOSOPHICÆ

IN VICEM PRIORIS

PRO LOCO

D. XXIX. OCTOBR. ANNO M DCC VII.

DEFENDET

M. JUSTUS GOTTHART RABENER,  
LIPSIENS.

---

L I P S I Æ ,

LITERIS CHRISTIANI GOEZI.

J. Gottfr. Rabener



DISSERTATIO PHILOLOGICA SECUNDY

**DE DEMONIBUS.**

IN DUCITA  
VULGIS FACULTATIS PHILOSOPHICAE  
IN ACADEMIA PRATORI

PRO LOGO  
D. XXIX OCTOBER ANNO MDCCXV  
DEFENSERET

M. IUSTUS GOTTHILF RASCHNER  
PHYSICIENS

AVARIA  
Littera CAVESANT GOTTI



## B. C. D.

### §. I.

Um ante hoc annum & quod excurrerit  
spatium, *Thema Philologicum de Demonibus ex Theologia veterum gentilium*,  
publicæ ventilationi exposuerim, quibus-  
dam vero solum partibus absolutis reli-  
quas quoque in lucem edere promiserim,  
non potui non occasione adeo prompta se offerente promis-  
sis meis me solvere. Adeoque hac Dissertatione, *de poten-  
tia, operationibus, apparitionibus & cultu Daemonum dicta*  
quadam B. L. inveniet, ad quorum tractationem sepositis  
ambagibus nos accingemus.

### §. II.

Potentiam Demonum dubiam quidem facit M. Tyrius, (a) (a) Diff. I. p. 1.  
alii tamen varia de ea ipsa tradiderunt. Confusamus Jam-  
blichum (b) prolixe loquentem his verbis, τίθεμα τὸ δασ- (b) de Myster.  
μένον γένεται ἐν τῷ ἐν πληθύσμον, καὶ σιμιγγύσμον  
διμιγώς, καὶ τὸ ἄλλα πάντα τὰ καταδέσερφ κατὰ τὴν τὰ  
βελτίστων οὐδέποτε πατειληφέται. Principium hujus loci ad  
nos equidem non pertinet, nisi quod obiter sit monendum,  
minus recte Interpretem hæc verba ἐν τῷ ἐν πληθύσμον  
vertere multiplicari sed non unice, praesertim cum πληθύειν  
minime bene tamen πληθύειν multiplicationem indicet. Ar-  
bitror potius latere ibi vestigia eorum qua Proclum πεῖται τῷ  
ἐντόπῳ ἐνός, & ἐνός ὀντός docuisse Dissertatione priori (c) (c) §. XXI.  
tradidi. Vertendum itaque, *Damones* ἐν τῷ ἐν contineri.

A

Sed

Sed ut in viam pedeamus, magnam à Jamblico tributam.  
Demonibus potentiam videmus. Dicuntur enim omnia in-  
feriora continere, & quidem *κατὰ τὴν τοῦ Βελτίου* id est,  
i. e. eo modo, quo ipsi ἐν τῷ Βελτίῳ, (live τῷ ἐν) conti-  
nentur. Id, quod id est vocat Jamblichus, Juliano hinc in-  
d) Orat, in Sol. de (d) est παραδίγμα τῇ αἰγαθῇ. Commodo hic memo-  
e) S. IX. 7. ro, quod alio loco tradit Jamblichus, (e) cum, qui nobis tri-  
buitur Demonem, non unam aliquam partem regere, verum  
πάνταν ἀπαξ ἀπλός ἡγεῖσθαι quo simili in loco animad-  
verto, ipsum malis Demonibus plane nullam tribuere ἐγ-  
μονίαν, in modo pro tam indignis habere, ut ne quidem merito  
bonis opponantur. Idem alibi (f) fortius adeo res fibricre-  
ditas eos defendere affirmat ut ne quidem verba contra illas  
inimicas proferri patiantur. Διδαχες etiam ipsis γονίεσσι  
tribuit, (g) quae quales sint in operationum explicatione ul-  
terius deducetur. Nihil pre illis secreti esse vel intus ani-  
h) de D. S. p. 80 m. m. vel foris assertit Apulejus. (h) Argumentum ipsorum  
i) Plut. Ag. I. potest præbet etiam Aristophanes (i) servum eos velut ad-  
Sc. 2. jurantem inducens, his verbis

Ὥ Φίλβ' Απόλλων, ὁ θεοὶ καὶ ΔΑΙΜΟΝΕΣ.

Imo in publico juramento, invocatos ab Atheniensibus ex-  
k) Qv. Alner. Aristophane, Platone & Aeschine testatur Huetius. (k) Quo  
Il. 4. forte trahendum Homericum illud (l)

l) Od.o. v.261. Δίεσομού ὑπὲρ θυέων καὶ ΔΑΙΜΟΝΟΣ.  
m) Hymn. eis Orpheus tandem (m) vocat Demonem μυγαλανητόποστα  
Δαιμόνια. Φεγκήν & παρβασιτία. Quae satis de portentia esse pos-  
sunt, quippe quae magis magisque in sequentibus se exhibe-  
bit.

### §. III.

Largam nunc operationes Demonum atque officia de-  
scripturi habebimus messem, nec minus, ut spero, largam  
quam jucundam. Observamus igitur primo loco, futura  
predicendi vim ipsis ascriptam, cuius rei nos admonet Por-  
n) Ep. ad A. phyrus, (n) qui vates ipsos non diffiteri dicit se per θεὸς vel  
nebon. ΔΑΙΜΟΝΑΣ futurorum cognitionem nancisci. Hinc est  
o) Diff. XXVI. quod ἀφεσῶν ἄγγελοι dicantur M. Tyrio. (o) Clarissime  
p. 270. omni-

omnium Plutarchus (p) loquitur, qui omnia vaticinia di- p) de def. Orac-  
vina esse ait, non tamen ad τὸν θεόν sive summum illud ens p.m. 187. b.  
referenda, sed ad λειτουργίας, ὑπηρέτας & γερμανατές,  
qui sunt Demones. Cui non contradicit Proclus (q) seri- q) in Tim. L. I.  
bens, τὴν ΜΑΝΤΙΚΗΝ ἀλλον δὲ τὸν ΘΕΩΝ παθητόν, p. 49.  
ἀλλον δὲ τὸν ΔΑΙΜΟΝΩΝ, εἰναι & ipse de summo ente nī-  
hil dicat, verum distinctius saltem Plutarcho loquitur, &  
quos ille uno generali nomine δάιμονες dixerat, θεός καὶ  
δάιμονες appellat. Quapropter & Porphyrius in libro, quem  
περὶ τῆς ἐκ λογίων Φιλοσοφίας ab Eusebio (r) scriptiss. r) Præpar. IV. 6  
memoratur, collectionem fecit oraculorum Apollinis, alio-  
rumque Deorum & ἀγαθῶν ΔΑΙΜΟΝΩΝ. *Inspirations*  
eorum habet Jamblichus, (s) nec mirum si in hoc discipu- s) S. I. 5.  
lus præceptorem, Pythagoreus ipsum Pythagoram fecutus  
est, de cuius sententia clarus est locus Lærtii, (t) eum sta- t) VIII. 32.  
tuisse narrantis, immitti nobis à Dæmonibus somnia, signa  
item morborum & sanitatis, imo non nobis solum, verum  
etiam bruis animantibus. Quin & ad Dæmones omnes  
referendas esse divinationes, omnia vaticinia. Accedit  
apertus Apuleji (u) locus, quem cum alia scitu digna conti- u) de D. S. p. 74  
neat totum apponam. Forum quippe de numero inquit  
predicti curunt singula eorum provide, ut est cinq[ue] tributa  
provincia, vel somnis confirmandis, vel extis physiculan-  
dis, (x) vel præceptibus gubernandis, vel oscinibus erudien- x) al. fisca-  
dis, vel vatibus inspirandis, vel fulminibus jaculandis, vel  
nubibus coruscandis, caterisque adeo per que futura cognoscimus.  
Ex quibus verbis manifestum est, ad singulas præ-  
dictionum species concurrisse Demones. Quo referendæ  
etiam νυνΘολύει, de quibus Jamblichus (y) & Longus in y) S. III. 10.  
Pajonalibus passim nos docent. Hinc ἐνεργητούσι idem  
& πάτερες indicante Justino M. vocabantur. (z) In hac z) Apol. II.  
porro classie tantum non omnia gentilium oracula jure nu- p. m. 65. a.  
merantur. Delphici certe illius celebrerimi vim expresse  
spiritui terra (ἥρι) dicerent Graci (a) li a) de Divin.  
tandem hic pertinent spiritus, quos sagae ut responsa darent,  
evocabant, de quibus Horatius (b) b) L. I. Sat. 8.

eruor in fossam confusus ut inde  
MANES elicerent ANIMAS RESPONSA  
daturas.

§. IV.

Nec minus celebre officium Demonum est, quod certis  
rebus prepositi easdem tueri dicantur. Habent autem in-  
tutela urbes atque gentes, quos gentium tutelares Demones

c) Rudent. ab astris sumptos Astrum declarat apud Plautum, (c.) In-

struit nos de iis Porphyrius, (d) qui quosdam ex Demonis-  
bus καλά ΚΩΜΑΣ ἡ τινας ΠΟΛΕΙΣ ὄντας [Θ.] καὶ θεό-

e) adv. Cell. L σπεις τυγχάνειν dicit; Cui similis est Origenis locus (e)

I. p. m. 12. καὶ έτις εὐρεῖσθαι τὸν ὅπῃ γῆς ΔΑΙΜΟΝΙΟΝ λαζόντων  
Ed. Haeschel.

f) ad Aen. I. diaφέρεις ΤΟΠΩΤΣ Φέρεσθαι τὰ οὐρανά σκοτειώς τοις κα-  
v. 281. τὰ ΤΟΠΟΝ καὶ ΕΘΝΟΣ διαλέγουσι. Nomina vero isto-  
rum Demonum seu geniorum urbis tutelarum sollicite te-  
cta, ne in vulgus emanarent, quo minus evocari ab hostibus

possent, id quod de Roma genio Servius (f) memorat; unde  
apud eundem in Fragmentia GENIUS P. R. SIVE MAS,

SIVE FOEMINA. Hi erant, quos Genios loci tot antiquarum Inscriptiōnēs appellant; Nam ut rursus Servius

g) ad Georgic. (g) ait: Genium dicebant antiqui natalem Deum uniuersum  
1. jusque loci, vel rei, aut hominis. Hi sunt εὐνάρχαι & πο-

h) ap. Cyrill. λισχοί θεοί Juliani (h) θεοί πήσοι Dionysii Halicarnass.

L. IV. p. m. 115. (i) quos cum εἴς ια πατερών καὶ ΔΑΙΜΟΣ! τὸν τόπον καλέ-  
i) L. IX. An- σχοι conjugit. Hi sunt Ιamblichī (k) πονοὶ περιστάτη-

tiqui. k) S. V. 25. διακληρωθέντες καθ' ἐκαστονέθν[Θ.] τὸν ὅπῃ γῆς.

§. V.

Hinc passim apud Scriptores DEos illos gentium tute-  
lares videmus memoratos. Egregius hac de re locus est

j) in Octav. apud Minut. Felicem; (l) Per universa, inquit, imperia, provincias, oppida, videmus singulos sacrorum ritus gentiles habere & DEOS colere MUNICIPES, ut Eleusinos Cere-

rem, Phrygas matrem, Epidauros Esculapium, Chaldeos Beluno, Astarten Syros, Dianam Taurios, Gallos Mercurium, universa Romanos.

De Romanis equidem novimus, eos tantum non omnium devictarum gentium

DEOS

DEOS sibi quasi vindicasse eosque coluisse, unde *Prudens*  
*tius* (m)

*In numeros post diinde DEOS viriute subtilis*

*Urbibus & claris peperit sibi Roma triumphis.*

Ast habebant etiam, quos præ aliis singulare honore afficerent. Erant hi *Jupiter Capitolinus*, *Juno arque Minerva*, quorum nomina in invocationibus passim apud *Livium* conjuncta videmus, quique in Capitolo σύνονται fuerunt, adeoque ἐν τῇ ἀνεργοπόλει culta, ubi collocanda Deorum locutariarum templa monet *Virruvius* (n) sicut & in nummis n) l.7.

variis simul expressa eorum simulacra invenias apud *Jus.*

*Ryequum.* (o) Nullum vero ex ante dictis est dubium, o) de Capitol.

qui præter hos & præter *Penates* etiam seu *Cabrios* pecuniam aliquem *Genium* habuerint, cuius nomen adeo studeo occultabatur. Nec obscure *Minervam* fuisse urbis tutelam colligas ex *Juliani* (p) verbis, qui cum dixisset,

c. 13.

p) ap. *Cyrill.*  
L.IV. p.115. sq.

*Martem in gentibus sibi subjectis bellicosa, Minervam prudeniam belli consilia, Mercurium sapientiam, & quemvis DEUM sua natura convenientia excitare, hinc esse pergit, quod Celtae & Germani sunt bellicosi* (quippe quorum Mars erat Deus) *Graci & Romani bellicosi simul & humani* (de iis Minervam coluisse certum est, de his hinc colligitur) *Syarus autem imbellis & deliciis deditus*, (Venerem enim hi aliaque feminini generis numina colebant). In hoc me confirmat, non solum, quod Palladium antiquissima Trojae tutela ab *Aenea* in Italiam ut constans opinio tulit allatum fuerit, verum vel maxime antiqui Romanorum nummi, ubi quam saepissime Vesta Palladium manu tenens occurrit, quales exhibet Vir & dignitate illustris & doctrina *Ezech. Spanhemius*; (q) Ex quibus appetet repositum hoc simulacrum fuisse in Vestæ penetralibus ibique cultum, quo facit & *Philostriati* locus (r) ab eodem jam adductus, ubi de tribus Vestalibus a Domitiano multatio loquitur, ἀς αἰγυες τὴν ΙΔΙΑΛΑ ΑΘΗΝΑΝ οὐχὶ τὸ ἐκεῖ πῦρ θεραπέουειν ἔδει. Observamus simul ignem illum perpetuum non tam in Vestæ quam in Palladis honorem arsisse ex *Proprietio* (s)

q) Diff. de Ve-  
sta & Pryta-  
nibus.  
r) Vit. Apol-  
lon. VII. 3.

s) IV. 4.

A 3

Ve-



*Vestia Iliaca felix tutela favilla.*

- t) Num. Imp. Prostat & nummus Claudi apud *Patinum* (t) hinc *Claudii*  
p. 74. & *Augusti*, altera parte θεος ρόμης & ἱερᾶς συγκλήτας *cap-*  
*pita* referens, in quorum medio stat *Minerva* sub cuius pe-  
dibus legitur *IACI*. Hisce jam consignatis idem mecum sen-  
tire sententiamque meam ex *Servio* præterea & *Lampridio*  
u) ad *Callim.* firmare video *Ill. Spanhemium* (u) cuius tanta apud me &  
p. 173. omnes bonos esse debet autoritas, ut invictum inde robur  
opinioni meæ accessisse non sine causa judicem.

§. VI.

Locum etiam quandam hic sibi vindicant *averruncū*  
gentium *Dii*, de quibus credebat posse eos avertere pericu-  
la imminentia. Sic enim Varro (x) *Avertendo averruncas*  
re, ut *DEUS* qui iis rebus preeft *AVERRUNCUS*. Itaque  
ab eo precari solent ut pericula avertat. Mitto hic *Thra-*  
*cum* atque *Ilyriorum* argenteas statuas adversus barbaro-  
rum incursiones in finibus positis *Olympiodoro* (y) me-  
moratas, mitto & *Zabiorum* aureas. Mitterem &  
*Teraphim* plane nisi insignis hanc in rem locus esset apud  
*Pseudo Justinum* (z) quem non satis cepit *Interpres*. Quæ-  
ritur ibi: Εἰ θεος δέ δημιουργός καὶ δισπότης τῆς κίσσων,  
πῶς τὰ ἀποδῶντας *ΤΕΛΕΣΜΑΤΑ* ἐν τοῖς μέρεσι τῆς κί-  
σσως δύνανται. Non perspicit *Interpres*, quid sint *τελέ-*  
*σματά*, adeoque obscuro vocabulo transtulit *effectus*. Ve-  
rum ex responsive ad hanc questionem ubi mentio fit  
δάκιων (θ) ἐν τῷ ἔκεινος ἀγάδιου idemphūs appetat, fuisse  
imagunculam, magica arte ad siderum motum confectionam,  
quales Arabibus voce cum Græca satis conveniente vocan-  
tur *Talisman*. Quæ propterea etiam fuere memoranda,  
quoniam frustra in Lexicis vulgaribus vocem *τελέσματα* (θ)  
& *τελέσματα* (θ) (quam idem Autor in responsive habet)  
eo significatu quæras.

§. VII.

Hi *averrunci* *Dii* apud Græcos αἱλεξικάκες, αἱλεξιθ-

a) Sept. *Theb.* εἰρετοὶ, σωτῆρες pariebant. *Jupiter* αἱλεξιθεὸς *Thebis*  
v. 8. cultus ut ex *Aeschilo* (a) ejusque *Schol.* liquet. *Hercu-*  
les

les ἀλεξίνας apud Clem. Alexandr. (b) Minerva Σω. b) Protrept. p.  
τεῖχος appellata Athenarum preses, ut patet ex Lycurgo O- m. 16.  
raiore (c) & præterea ex Aristophane (d) ubi mystarum  
chorus :

c) ad. Leocrat.  
p. m. 114.  
d) Raa. I. 7.

"Αἰγης τὸν ΣΩΤΕΙΡΑΝ θύναιως  
τῇ Φώνῃ μολπάζων

ἢ τὸν χώραν ΣΩΣΕΙΝ Φέος' εἰς τὰς ὄρες.

Nec prætereundus facile ἄγυδος Apollo, qui Euætatio re-  
ferente(e) ante portas ἀεὶ ἀλεξίνας cultus est. ἄγυδος(e) ad H. B. p.  
dictebat, ab ἄγυδα, quod vicum denotat, quia publice in- 116. Ed. Ba-  
viiis colebantur, ut Hecate, Mercurius, aliquie viales Diis. fil.  
Huius Apollini ἄγυδος ante fores domum erigebatur aliquid  
ἄγυδος etiam dictum. Illud aram præ foribus stantem  
& columnæ formam habentem Cratinus & Menander ab  
Harpocratone adducti(f) statuunt, quibus favere videtur So- f) v. Ayvias.  
Phocles(g) scribens, g) fragm. ex  
ibid.

Δάμπτε δὲ ΑΓΤΙΕΤΣ ΒΩΜΟΣ ἀτμίζων πυξί,

Συνέναις σαλαγμοῖς, βαξέασιν ἐνοσμίαις.

Harpocratone tamen simpliciter de columna Apollini huic  
Sacra explicat, qua superioris in acutum deficerit, quod idem  
& Euætobius sentit, de forma nihil addens. Columnarum  
vero alias usum in templis atque sacris usitatum fuille illud  
demonstrat, quod donaria columnis affixa fuerint, qua de re  
Propertius (h)

h) II. 14.

Magna ego DONA tua figam Cytherea CO-  
LUMNA.

Quemadmodum etiam gemma apud Begerum (i) salutis fa- i) Thef Brand.  
cifricum exhibens, columnam repræsentat, cui figura virilis T. I. p. 69.  
caput arietis Esculapio sacrum affigere cernitur. Quid  
quod columnas antiquitus imaginum statuarumque loco cul- k) Strom. I.  
tas tradit Clemens Alexandrinus. (k) p. 348.

§. VIII.

Non solum autem gentium universarum aut urbium,  
verum & hominum singulorum praesides erant Demones.  
GENIUS est Deus inquit Censorinus (l) cuius in tutela ut l) de die natal.  
quisque est vivit. Et paulo post: GENIUS ita nobis affi- c. 3.  
duus

duus observator appositus est, ut ne puncto quidem tempore  
ris longius abscedat, sed ab utero matris exceptos ad extre-  
mum vite diem comitetur. Castodes hominis GENIOS  
m) de dogm. appellat Apulejus. (m) Ferebantque Theologi sec. Am-  
Platon. p. 42. mian. Marcellinum (n) in lucem editis hominibus cunctis  
n) XXI. 14. velut actua rectura NVMINA sociari. ΔAIMONA γε-  
o) Olymp. νέθλιον vocat Pindarus. (o) & alibi (p) ΠΟΤΜΟΝ συγγραφη.  
Od. 13. Quamvis enim πότρου propriè sit fatum, nihil tamen im-  
p) Neu. Od. 5. pedit, quo minus & genium fata nostra dirigentem notet,  
cum Ammianus l. c. ex Theologorum sententia salva fata-  
li necessitate hunc GENIUM novis sociari dicat. Nec uno  
modo sibi hunc Demonem conceperunt. Fuere enim, qui  
cum mente humana quam paucim Dæmona dici notum est  
confunderent, unde illud Poëta.

Est DEUS in nobis sunt & commercia cœli.  
q) I. 14. Fecit hoc Epictetus (q) in Dissertationibus ab Arriano collec-  
tis, ὁ Ζεὺς inquit ΕΠΙΤΡΟΠΟΝ ἐκάστω παρέστησε τὸν ἐκά-  
s) ap. Stob. 58 ΔAIMONA. Ubi mentem humanam ipsum intelligere  
Eclog. Phys. facile capiet, qui diligenter manu Antonini Imperatoris scri-  
r) Ep. 41. pta trivit. Fecit & Seneca (r) scribens: Sacer intra nos  
SPIRITUS sedet; malorum honorumque nostrorum observa-  
tor & custos. Nemo autem clarius hoc prodit Jamblico  
Epistola ad Pæmenium (s) ΔAIMON ἔστι ἀ ΦΥΧΑ, αὐτὰρ γάρ  
c. 6. ἀρχεῖ καὶ κινεῖ τὸ δίλωξιν.  
§. IX.

Alli tamen divisi quid esse a mente humana Dæmonem  
seu genium tutelarem existimabant. Apparet hoc ex Mar-  
tiano Capella (t) dicente. Ideoque GENIUS dicitur, quo-  
niam cum quis hominum genitus fuerit, mox eidem copula-  
tur. Hic tutelator fidissimusque germanus, animos omni-  
um mentesque custodit. Quod si vero animos mentesque  
custodit aliquid ab animo menteque separati esse debet.  
Explicat hanc doctrinam ulterius eleganti loco Hermes  
u) Poeman tr. Trismegistus (u) Γενούμενον γάρ inquit, ήμῶν ἐκάστον καὶ ψυ-  
c. 16. Sect. II. χωθέντα παραλαμβάνεται ΔAIMONEΣ, οἱ κατ' ἐκείνην τὴν  
τιμὴν τῆς φρέστεως ὑπηρετοῦ, οἱ ἐτάγησαν εν ἐκάστῳ τού-  
d) 15.

ἀσέρων. Quae quis non videt Ἑgyptiacam doctrinam a-  
perte referre? Quin imo Jamblichus (x) argumentis hoc x) S. IX. 8.  
ipsum demonstrat, quod *Demon proprius mens esse non*  
*possit.*

### §. X.

Hinc generationibus presidere putati, quia propter *Or-*  
*pheus* (y) *Genium* vocat y) H. in dñe.

παγχρέτην, Βιοδάτορε θυτῶν.  
Et Censorinus (z) *Genium* exinde vocari dicit, quia ut genera- z) l. supr. all.  
mūr cūret. Περθλίοις Θεοῖs proinde vocabantur, quibus vel  
propitiis vel iratis quis in lucem prodibat. Putat huc perte-  
nere Vir Claræ eruditioinis Casp. Bartholinus (a) locum O- a) in Ann. ad  
vidit (b) Parent. Tr.  
de Puerpe-  
rio vet.p. si.  
b) de Ponte.  
I. 9.

At tibi nascenti, quod toto pectore letor

Nerunt fatales fortia fila Dei.

Cui autem non clarum est de Parcis hic loqui Poetam a  
Ἀρεθλίοις illis Θεοῖs plane diversis? Eodem respectu con-  
junctioni anime cum corpore hi Demones præfeti. Ele-  
gans in hac doctrina ut in aliis maxime est Jamblichus, per-  
tinetque huc in Tr. ejus de Myster. Sect. II. cap. i. quod ex-  
plicare, quia non admodum est prolixum conabimur. De-  
monstratus nempe ibi est Porphyrio, num essentia, num  
potentia, num operationibus Demones ab herobus & ani-  
mis humanis differant. Ea propter ΔAIMONΑΣ dicit,  
κατὰ τὰς φυνηλαὶς καὶ δημιουρικὰς Θεῶν διωδέεις, ἐν  
τῷ πορφυρίῳ τῆς περιόδου δύστελλοις καὶ τὸν ἔχειτον  
διαμεροῦν παρεγγέλλει. Quem locum cum jam in  
priori dissertatione (c) ex Procli doctrina explicatum dederi- c) §. XXII.  
mus, paucis hic solum, ne quid intactum relinquamus su-  
mus præterituri. Dicit nepti descendere Demones à Diis  
ex ultima classium quibus conjugantur apud Proclum τὸ ἐν  
ἐν τῷ ἐν ὄντει ut clarius dicam ex angelis, & quidem  
prædictos generativis & opificibus facultatibus. Heroes au-  
tem descendere pergit κατὰ τὰς της ζωῆς ἐν τοῖς Θεοῖς λό-  
γος, seu ex facultatibus Deorum vivificis, & ab iis anima-  
rum perfectissimas defumi. (Mentem nempe humanam ex

B

in-



inferiori Dæmonum classe ortum habere statuebant.) Adeo-  
que cum Dæmonum atque herorum *natura* non una sit cau-  
sa, necessarium fieri, ut & ipsi inter se essentia differant.  
Dæmones nempe per suam essentiam perfectiores esse natu-  
rarum mundanarum & suas provincias prout singulis sint  
tributæ observare. Heroes contra habere naturam vivis-  
cam, rationalem, & per quam anima imperire possint.  
Facultates igitur Dæmonum esse ut generent, generatis  
præsent, animamque cum corpore conjungant. Herorum,  
ut vivificant, hominemque dirigant, esse vero has diuinares  
herorum γένετος δυτικελυρθρα, i.e. nihil ipsas ad genera-  
tionem rerum facere, quippe quod sit Dæmonum. Unde  
facile illic inducor intelligi hic per vitam quam in potesta-  
te sua habent heroes debere vitam Philosophicam, sicut alias  
de morte Philosophica frequens apud hos scriptores mentio  
& quemadmodum accipendum quoque judico illum *Jan-  
tiblici* locum (d) ubi ΔΙΑΜΟΝΑ ιδειν δυτικην την vocat  
των ΒΙΩΝ της Ψυχης, ubi & illud quod nos volumus cla-  
risimus verbis afflert, nempe ΣΤΗΔΕΙΝ αντην την εις σωμα  
κατισταν ΦΤΧΗΝ περι το ΣΩΜΑ.

S. XI.

Ea propter dirigere eos actiones vitamque humanam  
credimus est. Stoicorum ea sententia fuit, qui dicebant  
esse quosdam Dæmones ανθρωπων συμποτεις έχοντας,  
ΕΠΟΠΤΑΣ των ανθρωπων ΠΡΑΓΜΑΤΩΝ, ut est apud  
Lierium (e) Idem tradit & Hermes Trismegistus, (f) qui eos  
τα των ανθρωπων ΕΦΟΡΑΙΝ dicit. Et a Prosto (g) οτ-  
λΑΚΕΣ ανθρωπεις γένες dicuntur. Quin imo ut docet  
nos Celsus (h) Αιγυπτii existimabant corporis humani parti-  
bus 36, totidem etiam praesse Dæmones, quorum & nomina  
ibi refert, utpote sunt χνυμην, χναχυμην, &c. Quemad-  
modum & quidam docuerunt omnia in tergo membra sub  
Plutonis directorio esse, teste Artemidoro. (i) Astrologi et-  
iam Climacteres h. e. pericula vita a Dæmonibus, qui nata-  
le temperant astrum deducebant, ut ο πάντων in Tr. de an-  
nis Climactericis passum demonstrat. Sic in corundem  
Astro-

Astrologorum doctrina ολης θεωρησις seu fons fortunae,  
quam ex luna & ολης ΔΑΙΜΟΝΟΣ, fons Demonis  
quam ex Sole petebant sunt obviae. *Mεταξειν* Demones  
τα αγαθά καὶ κακά ανθρώπους dicit Proclus, (k) Πλάστος καὶ ad Hes. 1. c.  
δόται vocantur ab Orpho (1) & Hesodo (m) Gaudiorum l) H. in Δείπ.  
item & tristiae autores. Sic enim *Orpheus* m) 1. c.

Ἐν τοις γὰρ ΔΤΠΗΣ τε ΧΑΡΑΣ οληῖδες ὥχθηται.

§. XII.

*Internuncii* porro inter DEOS erant atque homines.

Hinc Plato (n) scripsit, quod sint ΕΡΜΗΝΕΤΟΝΤΕΣ καὶ ΔΙΑ- n) in Symposio  
ΠΟΡΘΜΕΤΟΝΤΕΣ θεοῖς τὰ παρ' αὐτῷ πάντα, καὶ αὐτῷ πάντα  
ποιεῖ τὰ παρὰ θεῶν, τὰν μὲν ταῖς ΔΕΗΣΕΙΣ καὶ ΘΕΙΑΣ,  
τῶν τε ταῖς ΕΠΙΤΑΞΕΙΣ τε ΑΜΟΙΒΑΣ τῶν θυσιῶν. Ex  
quo illud haudē Porphyrius (o) Plutarchus (p) & ut arbitr. o) de Abstinentia  
tror etiam Iamblichus (q). In Mythicis hoc munere fun- L. II. §. 32.  
cti dicuntur Mercurius atque Iōs, quam ΘΕΩΝ κατὰ μύθον p) de II. & Of.  
ΑΓΓΕΛΟΝ vocat Enthymētus (r) Ratiocinandi argumenta nobis p. m. 267.  
Per eos suppeditari ait Iamblichus (s) S. I. 20. suggestere quo loqui de- r) ad Homer.  
beatus M. Tyrus (t) ex hoc Homeri loco (u) probat p. 127.

Τηλέυτας ἀλλὰ μὲν ἀντός ἐνī Φεστοῖ σῆστι νοήσεις s) S. IX. 6.

t) Diff. XXVI.

Ἄλλα δὲ καὶ ΔΑΙΜΟΝ ΤΠΟΘΗΣΕΤΑΙ.

u) Od. v. v. 26.

Τοῖς χειροῖς σωματιλαμβάνειν, τοῖς δὲ αδικηγμόροις τιμω- x) Diff. XXVII.

εῖναι, τοῖς δὲ αδικεῖσθαι περιστρέψει τὴν δικην idem docet (x). p. 278.

Ἐπ' Φαίνεν καὶ διαγέλλειν ἡνὶν τὸ πέρι οὐδείς εὐχωρία κάγονας y) ad aur.

Hierocles dicit (y) Adボна hortari Servius. (z) Carm. p. 41.

z) ad Aen. VI.

§. XIII.

Sunt vero etiam functiones Demonum circa animam humanam solum versantes. Sic ex ὑπερεκουσίοις θεοῖς τοῖς p. 440. a.  
μὲν τὸν NOTN. τοῖς δὲ ταῖς ΨΥΧΑΣ ποιεῖν dicit Salustius (a). a) de Diis & Ed. Pet. Da-  
Quod animam cum corpore conjungant jam supra vidimus. niel.

Animum autem conjunctum ita dirigunt ut per eorum βέλην ἀγαθὴν καὶ ἐνδιδούμενην Φωτὸς ἔνθαψιν ἀναζέ-  
γο χωρίστα δὲ μείζονα τοῦτον τὴν αγέλειν προσεβαίνει,

ex Iamblichei doctrina (b) qui alibi (c) dicit τὸ ΑΠΟΚΑΘΑΡ b) S. II. 2.  
TIKON τῶν ΨΥΧΩΝ τέλεσον ἔναντι τοῖς ΘΕΟΙΣ. Illustrat c) S. II. 5.

etum Salustius (d) scribens: Ταῖς ΨΥΧΑΣ τοῖς σώματις ἐξελ- d) de DIS &  
B 2. ἔντειν mundo c. 12.



Θέσεις ΘΕΟΙ ΚΑΘΑΡΕΙΟΙ καὶ ΔΑΙΜΟΝΕΣ τῶν ἀμαρτη-  
μάτων ΚΑΘΑΡΟΤΣΙ. Nec purgant solum animas verum  
& pro diversis classibus diversa alia in iis operantur. Ar-

- e) S. V. 18.  
(f) S. V. 10.  
p. 126,  
g) S. II. 5.  
h) L. III. §. 6.  
i) ad aur. Cat-  
min. p. 41.  
k) Protrept.  
p. 29.  
l) V. 26.  
m) M C L I X.  
n) ad Simplic.  
o) de Rep. L. II.  
p) de Abst. L. (p).  
q) Introd. in  
Philos. Pla-  
ton. c. 15.  
r) ad Il. β. p. 114  
s) S. V. 23.
- changelii nempe ad superiora eam ducunt, Angeloi a vincu-  
lis materie solvunt, Demones siς τὴν Φύσιν detrudunt, sive  
ut natura ordini fatique imperio obsequantur adiungunt, ut  
ex alio loco hujus Autoris (e) explicat, τὴν Φύσιν autem ani-  
ma inferiorem esse itidem aliunde patet, (f) heroes ad sensibi-  
lium rerum curam trahunt, Archontes tandem mundana-  
rum rerum atque materialium imperium tradunt, ut Jam-  
blichus hæc omnia prolix exponit (g). De proprio Dæmo-  
ne, quomodo nos e terrenis eripiatis eleganter loquitur Anto-  
ninus, (h) Αἰγαῖν ἡμᾶς καὶ παθεῖσαι περὶ τὴν θείαν πολι-  
τείαν αἴπο τῆς ἐν γῇ διατελεῖσι ab Hierocle (i) dicuntur &  
Jambliche, (k) Ήσος, quosque Salustius καθαροίς θείς  
vocat, aliī λυσίσις dicunt, de quibus Pollux viatri potest (l)  
& Gruterianum Inscriptorum opus, (m) Hi cineres etiam  
mortuorum non sinebant pollui, unde in Inscr. cuius Sal-  
masius (n) meminit, dicitur, Δυσεῖσις απέχει, ΑΤΣΙΟΙ κά-  
πιον. (o) Hinc & Plato (o) dicit, Αἱ τελεταὶ ἀν μέγαν  
pag. pen.  
δύνανται καὶ οἱ ΑΤΣΙΟΙ ΘΕΟΙ, quibus verbis respondeat ali-  
cui dicenti, πανας apud inferos perpetiendas nobis esse pro  
omnibus in vita injuste factis.

#### §. XIV.

Hæc adeo fuerunt, quæ ad Dæmones hominum visus  
adeo humana ἔπιστάτας pertinere videbantur. Docebimus  
nunc, quemadmodum aliis quoque rebus fuerint præfecti.

Μεγάλα μέν τῶν ὑπὸ σεληνήν τόπων διοκεῖν, imbris,

temperatibus, fertilitati, &c. præfesse dicuntur a Porphyrio

p) de Abst. L. (p). Nec solum μεγάλα μέν, verum τὰ ὑπὸ σεληνήν

πάντα καὶ τὰ θύεια ipsiis subdita esse docet Alcinous (q).

Quo pertinent deinde mythica harum rerum involucra, se-  
cundum quæ v. g. Vulcanus ΔΑΙΜΩΝ ΕΠΙΣΤΑΤΗΣ τῆς

r) ad Il. β. p. 114 Θεσμῆς δοτίας dicitur apud Eustathium (r). In specie cuius

templo suis Dæmon tributus, quod demonstrat Jambli-  
chus (s) scribens Καθ' ἔκαστον οὐθὲ τῶν θεῶν γῆς διακεκλή-

σθεν.

εωλαί τις ὑπ' ἀντῷ κοινός ΠΡΟΣΤΑΤΗΣ καὶ καθ' ἔκαστον  
ΙΕΠΟΝ ὁ Ιδιός. Singulas domus suos habuisse genios, a Romanis lares a Græcis Θεούς πατονιδίους appellatos noto notius est. Si quis tamen probationem exigat, audiat apud

Plautum (t) larem Prologum

t) Aulular.

Ego LAR sum FAMILIARIS, ex hac familia

Unde excantem me aspergitis.

Hinc ἐΦέσιος & ἐρμηνεὺς Jupiter cultus τοῖς συνοικεστοῖς.

Instar omnium hic sit locus Prudentiū (u)

u) contr. Sym.

Quanquam cur GENIUM Romæ mihi singulis  
unum

l. II. v. 444.

Cum portis, domibus, thermis, stabulis soleatis

Adsignare suos GENIOS? perque omnia membra

Urbis, perque locos GENIORUM millia multa

Fingere, ne PROPRIA vacet angulus ullus ab UM-

BR A.

Hinc Eustathius (x) juxta quos vis etiam caminos Vulcani x) ad Od. p.  
familia simulacula ὡς ΔAIMONΑΣ τινας ΕΠΙΣΤΑΤΑΣ collo-

v. 455.

cata observat. Et quam sœpe in Inscriptiōnibus & nummis,

GENIOS CONVENTUUM, COLLEGIORUM, LOCO-

RUM, MUNICIPES, EXERCITUUM, FAMILIARUM,

SOCIETATUM, JUCUNDITATIS, ÆTERNALES, PLA-

CIFEROS &c. memoratos dicam? Quin imo GENIOS

quoque DEORUM, ut ita Genius Maris extat (y) quod dicitur ap. Reines.

Etum puto de illo numine, quod cum statuis Deorum rite Cl. I. n. 85.

factis uniri docebant theurgi. Hoc quoque respectu men-

sarum tutela Hercules erat alias etiam ob αἰδηφαγίας ce-

lebris. Sic enim de eo Statius (z)

z) Sylv. IV.

casta GENIUS tutelaque MENSAE  
AMPHYTRIONIADES.

§. XV.

Astrorum erant rectores, docet nos hanc rem satis

Prolixo profundus Philosophus Iamblichus (a) cuius doctrina S. I. 17. 19.

ην̄ summa eo reddit, ut dicat, corpus illud cœlestium Deo-

rūm seu siderum regi ab immateriali Demone, ita tamen,

ut hoc corpus nihil impedit actiones Demonum, nec iis ob-

B 3 ster,

stet, quo minus se semper ad τὸν τῶν Θεῶν referre queant, adeoque ab unitate & simplicitate divinorum inter se eos non absrabat. Quinimo celestia corpora ad immaterialitatem proxime accedere, ratione sue simplicitatis, indivisibilitatis, immutabilitatis, uniformis motus, & vita cuique illorum indita statuit. Pergit dicere, Demones illos astrorum oriri εἰν τῷ νοντῷ, & ab illis prosciscī τὰ ἐμφανῆ τῶν Θεῶν ἀγάλματα, sive ipsa de quibus loquimur astera, ita ut hæc suorum demonum sint imagines. Coniectū vero demonem cum astro, διὰ τοῦ αὐτοῦ ἐνος περοδου καὶ εἰς ἑτα τῶν ὄλων ἀναγωγὴν, καὶ ἐνος παντὸς ἀπεκτέαν, i. e. per progressum seu orrum utriusque ex unitate & κοινῇ μεταστοί τῶν Θεῶν, per revolutionem & circulationem quasi omnium rerum ad illud unum, & per imperium, quod est illi uni in universo. De uno hoc elegantissime juxta & planissime differit maxime c. 19. (b) quæ nimis longa essent & ab instituto nostro aliena si hoc loco explicare vellemus.

Decanos ejusmodi demones vocabant & λειτεργεῖς in sua arte Astrologi, quorum rursus mentio est apud Jamblichum,

c) S. IX. 2.

(c) hi sunt θεοὶ θεοῖς καὶ δεσμοῖς, σὺν τε τῷ παντὶ πε-

κληροῦσσι κατὰ λογού ὅπα δέοντες τῷ περιτῷ καὶ νοστῷ

d) ap. Stob. Ecl.

Phys. c. 3.

e) Poem. c. 3.

Sect. 2.

Onari Pythagorei (d). Sunt de iis etiam loca Hermetis (e)

καὶ ὁ Φενίνορι ὁ δεσμος ἐν κύκλοις ἐπὶ τῷ, καὶ θεοὶ τῶν

ἐν ΑΣΤΡΩΝ ΙΑΕΑΙΣ ὑπὲρ τανόνδων, [qui sunt Dæmones] σὺν

τοῖς ἀντανταν ΣΗΜΒΙΟΙΣ [astris scil. ut pote Dæmonum illorum]

f) c. II. Sect. 7.

imaginibus] ἀπασι. Etrursus (f) de 7. mundis loquitur intelligitque sine dubio orbes planetarum, cum dicat σελήνην

πάντων ἔκεινων περιβεγμον, & post pauca, θεοσαν ἡ τῷ

τῷ πλανητῷ ΑΘΑΝΑΤΩΝ ζωῶν ὅσον δέ. Hinc deducendum arbitror quod Esculapius γενεσιν σεληνιαν, Apollo

g) ap. Procl. in ἥλιαχος vocetur a Porphyrio (g) quamvis Jamblichus (h)

Tim. p. 49. Ασκηπιόν ἐν ἥλιῳ θεόν dixerit.

h) ibid.

## §. XVI.

Occasione ista præterire nolui notable satis jusjurandum quod ab initianis Astrologia præstabatur, extatique apud celebrem & ineditum adhuc scriptorem Astrologum

Vet.

*Vettium Valeniem* (i). Et quamvis editum jam sit a *Salma-* i) Init. L. VII.  
*fo*, (k) tamen, quia nec illius scripta omnium teruntur mani- k) de Ann.  
bus hic apponere non tadebit. Ἐντυγχάνοντας ὅριζω Clim. p. 788.  
ἥλιος μὲν ἑρῷ πύκλον, καὶ σελήνης ἀνθειλές δεῖμας, τῶν  
τελοπτῶν ἀσέρων δυνάμεις, καὶ πύκλον δύο καὶ δέκα ἡ-  
διαν, ἐν ἀποκρυφοῖς ταῦτα ἔχειν καὶ τοῖς ἀπαιδεύτοις ή  
ἀμάρτιοις μὴ μεταδίδοντα, τιμέν τε καὶ μνημονικῶς τῷ εἰργυ-  
σταλῷ ψτονεμένου. Εὐθρεψτοι μὲν εὖ εἴη, καὶ παταβίμοι  
οἱ περικείμεροι θεοί, ψτορεψτοι δὲ τὰ εἰναγία.

### §. XVII.

Sed ad rem redeamus. *Salustius* (l) τὰς ἐγκοσμίας<sup>1)</sup> de Diis &  
τεσσάρας dicit facere mundum, τὰς ὑπερκοσμίας autem facere mundo c. 6.  
Deos si inferiores, illos etiam animare mundum, connectere  
& ita adornatum custodire. Tot fete quoit sunt actiones  
statusque dominum diversas Demonum ratione officiorum  
classe constituit M. Tyrius (m) Deo summo servium ut declarat<sup>2)</sup> Dif. VI.  
*Orpheus* (n)

Σῶμα θεῖα πυρεῖν παρεστᾶσιν πολτμοχώοι n) ap. Clem.  
ΑΓΓΕΛΟΙ. Alex. p. m.  
68. b.

Quo pertinet, quae de iis *Zamblichus* differit (o) διπεζεο (o) S. I. 5.  
γέτενται, i.e. qui non propria voluntate aliquid facere pos-  
sint, sed ΤΠΗΡΕΤΙΚΟΤΕ τῆς αγαθῆς τῶν ΘΕΩΝ ΒΟΤΑΗ-  
ΣΕΩΣ eos afferens. Quomodo sibi ipsi in ministerio invi-  
cēm sint subordinati idem explicat (p) scribens, *Circa DEOS* p) II. 7.  
esse satellitum Deorum; vel angelorum, circa archangelos  
πρεπουμέται αγγέλος vel equaliter cum iis ordine vel subse-  
quentes, ut adeo quemadmodum paulo post (q) loquitur, q) p. 49.  
a Diis dependant omnia tria genera, ab archangelis an-  
geli, ab angelis Demones & hoc ordine sibi invicem sur-  
vixerunt.

### §. XVIII.

Jam tandem ad ea etiam, quæ male agere crede-  
bantur Demones progrediemur. Terrent & nocent ut de  
larvis tradit Apulejus (r) inane terriculamentum bonis ho- r) de D. S. p. 79.  
minibus eos vocans. Huc pertinet & *Heliodori* locus, (s) & *Aethiop.* V. 4  
ΕΠΑΙΖΕ δέ τι τὸν Κηνηονα ΔΑΙΜΟΝΙΟΝ, οὐ καὶ τὰ  
αλ-

ἀλλα. ΧΑΕΤΗΝ ὡς ἀπίπτει τὰ ΑΝΘΡΩΠΕΙΑ ΠΕΠΟΙΗΤΑ.

t) de C. Pl. V. II. Vim ipsorum nocivam non Theophrastus (t) solum indicat

de variis arborum aut plantarum ΦΘΟΡΑΙΣ agens, dicen-

que, ὡς γέναι καὶ διπλά τῶν ΔΑΙΜΟΝΩΝ συμβαίνει,

u) II. 15.

verum & Heliodorus (u) altera vice, ubi Calasiris Memphis-

eius sacerdos Rhodopen quandam se in amorem pellexisse

tradit, se vero ne officium suum pollueret, voluntarium su-

scipisse exilium, σωμένᾳ ὡς τῶν περιωμάκων δὲν ὑπόχρη-

σις, καὶ ὡς ὁ τότε εἰληκώς ΔΑΙΜΟΝΟΣ οὐνεὶ περσωπεῖον

ἀντὴν ὑπῆλθε. τὸνεισεως & περσωπείον vocabula ex

veteri Comedia defumta facile appetet, illud forte non ita

obvium, quid per τὸν τότε εἰληκότα ΔΑΙΜΟΝΑ intellige-

tur. Non enim putandum indicari hic Genium qui a prin-

cipio vita hominibus custos additur, cui repugnat τὸ τότε,

verum astrorum qui tunc erat statum. Ostendunt hoc

non modo sequentia, ubi dicit: Ἐδεσσιν γαρ μὴ τὸ τότε

ΕΠΙΚΡΑΤΟΤΝΤΟΣ ΑΣΤΕΡΟΣ θηρίσων] οὐ καὶ πρὸς τὸ

αιχροτερευν τῶν ἔργων ἐκμιθεύειν. Sed & antecedentia

x) c. 24. (x) ubi ita loquitur: ὁ πολλοῖς ἡ ψευστή ἔτεσιν, ΟΤΡΑΝΙΑ

ΦΩΣΤΗΡΩΝ εἰμαρμένη περιοδόθ. τρέπει τὰ καθ' ημάς, καὶ

ἱμμα ΚΡΟΝΙΟΝ [i.e. Saturni sidus] εἰς τὸν οὐκον ἐνέσχυε,

τὴν δὲ τὸ ΧΕΙΡΟΝ μεταγωγὴν περέφηνε. Quem locum

y) Poem. c. 16. optime explicat Hermes (y) ἐτοι γαρ [nunquid οἱ ταχβέντες

Sect. II. οἱ ταχβέντες]

ἐν ἐκδσιν τῶν ΑΣΤΕΡΩΝ ΔΑΙΜΟΝΕΣ] κατὰ σιγμοῦ ἐναλ-

λασονταί, ωχ οἱ ἀντοι ἐπιμρόστες, ἀλλ' ανακυκλώρουσι.

Adeoque Calasiridis felicitas altrorum priori fausto statu

mutato Saturnoque regnante plane invertebatur. Quæ

quia Ἑgyptiorum maxime hac in re hypotheses exacte decla-

ravit, paulo altius repetenda fuerunt.

## §. XIX.

Ad mala præterea nos incitare putati. Sic enim Ser-

z) ad Aen. VI. vius (z) ex duobus Geniis qui nobis addantur alterum ad

v. 442. mala depravare dicit, ὅπλιζεν εἰς ΑΝΟΜΙΑΝ Hermes, (a)

a) Poem. c. 1. εἰς ΚΑΚΟΝ τρέπειν Pindarus, (b) Huc & Sophoclis locus

b) Pyth. Od. 3. εἰς ΚΑΚΟΝ τρέπειν Pindarus, (c) pertinet,

c) Ajac. v. 243. MOIKONIA INDOCTRI

KA.



•ob (ΚΑΚΑ) δενδίζων ρήματ' α' ΔΔΙΜΩΝ  
(ο). Κρύδεις αὐρδέων ΕΔΙΔΑΞΕΙΣ  
Malo enim ibi δάμωνα κακόν quam cum Schol. μανία in-  
telligere. Ἀλάσσογες hi Daemones audiebant, quod pater-  
ex Heliодoro (d) qui de patricida asserit, quod fuerit ὑπό d) l. 13.  
ΔΔΙΜΩΝ ΛΑΑΣΤΟΡΩΝ Τῇ τές γεννήσαις ἐλαθεῖς.  
Cum sint alias ἀλάσσογες δάμωνες, ΑΛΗΣΤΩΝ τινῶν καὶ  
παλαιῶν μαστιχῶν μηνίας ἐπεξιόνες; ut Plutarchus  
doct, (e) quo sensu, [ut obiter moneam] ἀλάσσορες etiam e) de def.Orac.  
dicuntur hostes Ajacis apud Sophoclem, (f) non ut Triclinius f) Ajax. v. 373,  
vult tanquam κακοὶ οἱ Φοινές. Πολέμος & σάστες excitare  
eos Plutarchus. (g) Malis etiam nos afficere scribit Homer. g) de def.Orac.  
tius (h) h) Erod. 5.

Nocturnus occurram furor

Petamque vulnus UMBRA curvis ungibus

Que vis DEORUM est MANIUM.

Et inquietis affidens præcordiis

Patore somnos auferam.

In Mythicis hac operatione Ate dea insignis; de qua loqui

puto Sophoclem (i) i) Ajax. v. 401

Ἀλλὰ μ' αἱ διὸς ἀλημά Θεοῖς

Ολέθρον σίκισι.

Nam eadem Ate ab Homero k) appellatur

k) II. 2.

Πτερός έστι ΔΙΟΣ ΘΥΓΑΤΗΡ Άτη.

Et que egregia plane de Ate observatio Viri incomparabilis  
J. Vossi (1) quod Ate eadem sit at Nemesis, & sicut plures l) ad Castill.  
fuerint Nemesis ita & plures sint Atæ, quo nomine ap- P. III.  
pellante sint, non furie tantum, sed & Paræ & aliae Deæ  
Jovis filiæ, ac in puniendis hominibus minifrie.

§. XX.

Hæc satis prolixæ de officiis ac operationibus horum  
spirituum dicta sufficiant, quibus adjungimus proxime co-  
rum etiam apparitiones. Apparere eos tam certum a gen-  
tilibus habitum, ut mirari sint Pythagorei oppido si quis se  
denegaret unquam vidisse Demonem, ut refert Apulejus (m). m) de D. S.  
Injuri in hanc materiam ipsiusque estimatores essemus si F. 83.

C

sic-



n) S. II. tota. sicco pede egregia de his apparitionibus Jamblichi (n) doctrina prætereatur. Ostendit admirabilis hic scriptor, (o) differeniam aliquod esse in apparitionibus specierum divinarum, adeoque docet, DEORUM Φάσματα esse simplicia, salutaris, immutabilia & magnitudinis, mitione & forma, ordinata nec turbulenta, ineffabili tandem ac divina plane pulchritudine conficiua. DÆMONUM contra, varijs ut idem spiritus mox magnus mox parvus appareat, terribilis, confusa, pulchra quidem sed pro ratione sue nature, per quam ut alibi monet vapores mundanos admittit, materiæque propiores sunt. ANGELORUM singulis partibus paulo Demonibus superiora, ita ut sint simpliciora, mitiona, magis immutabilia, quietum aliquem & satis ordinatum morum habentia, paulisper tandem pulchriora. ARCHANGELORUM phasmatia Diis utpote illis propriorum convenientia magis. Hincque sunt θλονερφά αἷα καὶ θησερφ, terrore & jucunditate mixta, immutabilitate Deos proxime attingentia, maxima predica pulchritudine, sed non ita mirabilis ac ineffabili ut Diis. Eoque ordine reliquarum etiam specierum, Archontum puta, herorum ac animalium attributa pro sua cujusque ad superiora relatione disponuntur.

p) c. 4.

DEORUM porro (p) in apprendendo celeritas tanta, ut ταχύτεροι, qua recepta apud Græcos scriptores consuetudine loquendi, summa & conceptus nostros luperans celeritas indicatur, sic Hesiodus (q) de Perse, ὥστε ποτατο, Longus etiam (r) Γαῖαν τὸ ΝΟΗΜΑΤΟΣ παρφή τὴν χλόντν κατέδεξε. Unde & ad Latinos hæc formula transit inter quos Claudianus (s) Plutonis e-  
quos tam celeres fuisse scribit, quantum longius ad dicitur. Non leue sollicita MENTIS discurrit acumen. Non obstante tamen bac celeritate, operationes deorum quod addit Jamblichus sunt διάνθοι καὶ σαρκεῖαι, quemadmodum videlicet circuli Peripheria centro immobili circumvolvitur. In ARCHANGELORUM enim phasmati-  
bns

bus celeritas cum stabilibus istis operationibus est σύμφωνη. Stabiles dico operationes cum pro δρεγησίοις legere malim apud Iamblichum διατηρήσοις, ut adeo cum αἰνιτροῖς istis καὶ συθέργεις ἐνεργεῖσι convenient, solo hoc discrimine, quod in Diis apparitionis celeritas & operationis firmitas bene sint distincta, in archangelis confusa. ANGELI motu quidem habent, sed in hoc motu non pariter, τὸ ὅπα τὸ λέγεν διατελεσθεν. DÆMONES tandem speciem magis celeritatis prebent, quam ut vere sint veloces. DI in apparitionibus tantum lucis secum habent, ut sol, luna cum universo caelo abscondi quandoque videantur, terra autem confistere ipsis apparentibus nequeat. Unde de luce Euri-

pides (t)

t) Jon. v. 1549.

Ἐα, τίς εἶπων Θεόδοτῶν ὑπερτελῆς

ΑΝΘΑΙΟΝ πρόσωπον ἐκ Φαινένει ΘΕΩΝ;  
de terra motu Virgiliius (u)

u) En. III.

TREMERE omnia visa repente

v. 90,

Liminaque lauriaque DEI.

In ARCHANGELORUM διπλαῖσι parts solum quædam mundi, quibus nempe sunt prefecti moventur, præceditque eos lux minus densa, que in ANGELORUM ac DÆMONUM apparitionibus magis magisque tenuis redditur. Ostendit deinde, (x) quas utilitates vel damna inde x) c. 5. & 6. percipiamus, quos satellites secum habeant (y) quo splendo y) c. 7. re percellant oculos (z) quos motus in animis nostris exercit) c. 8. ten. (a) Tandem (b) redarguit Porphyrium, qui omnibus a) c. 9. divinis generibus commune esse dixerat τὸ περιστελλογέννη, b) c. 10. τὸ εἰδωλοτον Φαινόντα Φαντάζειν. Respondebat enim, Deos, angelos & Damones bonos semper veram suam naturam representare hominibus, deceptionem vero ill... m... accidere admissò quodam in theurgicis operationibus peccato, quo patto inferiora genera induant species τοῦ σεμνοτέ-  
ρου ταξιων, & simulent ἔχειν εἴναι ἐπερ ὑποδέκυται. Ad ultimum hic quoque observamus nefas fuisse Deos ap- parentes ipsis invitisi aspicere, unde Jon apud Euripi- dem (c)

c) Jon. v. 1551.

φέγωμεν ὁ τεκτός, μὴ τὰ ΔΑΙΜΟΝΩΝ  
ορμένει μὴ ΚΑΙΡΟΣ, εἰδούμενος ΟΡΑΝ.  
Quod illa prolixius paulo deduxerim operam me non per-  
didisse credo, cum in paucorum manibus ὁ Θεός Ιάμελε<sup>ς</sup>  
χρ. ut olim appellari meruit versetur, doctrina autem ejus  
quæ diligenter cogitetur digna sit.

§. XXII.

Alias sub forma humana quam sapissime apparabant.

Hinc ΦΙΛΑΝΘΡΩΠΟΝ τὰ ΔΑΙΜΟΝΙΟΝ γένεται, καὶ εἰσθετούμενοι διὰ σαμάτων ΑΝΘΡΩΠΙΝΩΝ appellat M. Tyrius  
d) diff. XXVII. (d) Qua de re perspicue satis Cnemonem instruit Calafiris  
p. 271. apud Heliodorum, (e) DEOS nempe dicit & DÆMONES  
e) Eth. III. 13. cum nobis appareant, alii animalia quam rarissime, HOMINIS ut plurimum assumere figuram, τῷ οὐσιώτερον ημᾶς εἰς τὴν Φαιτησίαν ἐπαγγέλλεται, ubi minus recte Interpres. Similitudine magis ut vijum in somni esse optemur, nobis imponentes. Vertendum erat: Similitudine nostri ad attentionem nos maxime moventes. Cognosci autem eos pergit ex oculis, quorum palpebras non moveantur, pedibus etiam quos non alternativam proferant sed findant magis aerem, quam transpositio pedum eum prorudant, unde statua Deorum ab Ägyptiis conjunctis singi pedibus.  
f) in Jamblico. Exemplum formæ humanæ exhibet nobis Eunapius (f) de  
cho p. m. 26. f) Jamblico narrans, quod, cum aliquando cum discipulis suis Gedarenas thermas inviceret, duorum fontium elicuerit GENIOS, quorum alter Eros, Anteros alter sit vocatus, utrumque pueri candidi, modica statuta similem, nisi quod alter nigras, fulvas alter comas habuerit.

§. XXIII.

Squalidos sepe & fordidatos varia loca monstrant. Sic Ammannus Marcellinus (g) cuius, & in priori Dissertatione (h) mentionem iniciebamus, de Constantio scribit: Post confessus est junctioribus proximis, quod tanquam de solatus secretum aliquid videre desierit, quod interdum adfuisse sibi SQVALIDIUS existimat, & purabatur GENIUS quidam tutela salutis appositus cum reliquisse. Ubi con-

feratur l. c. a nobis adducta ex *Xiphilino* terribilis Domitia-  
ni cena. Cum qua exacte convenit, quod *Heliодорус* (i) i) *Aeth.* I. 3.  
scribit, *chariciran pradonibus vīsi qui' mēlānes etam tūn*  
*χεριαν* dixit: *Ei μὲν ΕΙΔΩΛΑ τὸν κερδόνων ἔσε, nam &*  
*ibi pueri nigro colore imbuti Manium loco erant. Nec*  
*tamen semper erant nigri veram quandoque albi etiam, quod*

*Horatius* (k) nos docet canens

k) *Epistol. II. 2.*

*Scū GEN US natale comes qui temperat astrum*

(l) *Nature Deus humana mortalis in unum*

*Quodque caput vultu mutabilis ALBUS & ATER.*

#### §. XXIV.

Mali Dæmones sub ferarum & brutorum specie se re-  
präsentabant. Hinc *Jamblichus* (l) de *satellitio eorum lo-* 1) *S. II. 7.*  
quens dicit, τοῖς ΠΟΝΗΡΟΤΕΣ ΔΑΙΜΟΝΑΣ, ΘΗΡΙΑ τινὰ  
θλαβέρα, καὶ αἰμούρα καὶ ἄγρια περικείσθ. Praeterea  
*Pausanias* (m) picturam quandam a se vīsam afflerit, ubi m) p. 468.  
talis Demon χεραν δεινῶς ΜΕΛΑΣ, καὶ τὸ εἶδόν ἀπαντά  
τὰ μελισσα Φοβερός, ΔΤΚΟΤ ἀμπικόμενος, δέρμα depi-  
ctus fuerit. Quo *Aristophanis* (n) etiam locus pertinet, u- n) *Ran. I. 6.*  
bi Xanthias Baccho illudens dicit,

ΕΑ. καὶ μὴν ὁρῶ νῦν τὸν δία ΘΗΡΙΟΝ μέγα,  
ΔΙ. καὶ πούσον τι; ΕΑ. δεινὸν, παντοδεσπότον γένν γίνεται,

Τότε μὴ βοτε, νυνὶ δὲ ΟΡΕΤΣ, τότε δὲν γυνη  
Πρωτοτάτης, ΔΙ. πούς τι, Φέρετεντέντην ιώ.

ΕΑ. Αλλ' οὐκέτ' δὲν γυνη θέν, αλλὰ ηδη ΚΤΩΝ.

#### §. XXV.

Huc non in commode referam antiquissimum mo-  
rem, quo sub serpentinibus repräsentabant dæmones bonos.  
Genium maxime loci ita depingebant, id quod *Virgilius* (o) o) *En. V. v. 95.*  
Indicat, de serpente ex Anchise tumulo emergente dicens,

*Incertus GEN:UMne LOCI, famulumne parentis*

*Effe puret.*

Quod anguis insuper eximiæ magnitudinis arcis Atheniensis  
cuius apud *Herodotum* (p) probat, Persus item hoc lo- p) *VIII. 41.*  
co (q) q) *Sat. I. v. 113.*

Pinge duos ANGUES, pueri sacer est locus extra  
Mejite.

Moris enim erat ut tabernis suis Domini appingerent serpentes, ne tanquam sacra loca a lascivis pueris conspurcarentur.

Eodem pertinet & serpens Nympbius que genii fontium erant

adjunctus in antiqua quadam pictura apud Fabretum. (r)

Item quod δέρκοντες εἰς ἀρέγες μεταβαλλόμενοι significent οὐωτε, εἰς γυναικας ἢ οὐρανος juxta Artemidori præcepta. (s)

(t) Talis Lanuvii serpens erat de quo Propertius (t)

talis Baeticus in Martis Iuco de quo Ovidius. (u) Tales E-

pirotarum dracones Apollini sacri e quibus de anni fertilita-

v. 28. sq. te divinabant, tales Aegyptii Melita, apud Aelianum. (\*)

Anim. XI. 17. Talis & Python de quo non obscuri Autores tradidere eum

\*\*) v. Apollo-Delphicum custodivisse oraculum, (\*\*\*) Αγαθὸν ΔΙΑΜΟΝΑ

dor. Bibl. I. 4. Phœnices serpentem, Aegyptii Cneeph vocabant ut Sanchoni-

Pausan. p. 81. atbo Philone Interpretē apud Eusebium (x) prodit.

S. XXVI.

Quis autem, nisi plane monumentorum veterum gemmarum maxime & nummorum imperitus salutis genium serpentem esse ignorabit, quemadmodum nota etiam est fabula mutata in Draconem Aesculapii cum Romani Epidauro trans-

feretur. Quo referenda etiam Alexandri fallacia novum

Aesculapium ex serpente Pellaō (quales erant innoxii), finger-

\*\*\* Pseudom. tis apud Lucianum, (\*\*\*\*) Prodit superiori anno in Gallia

T. I. p. m. 722. de Salutis apud vereres cultu aliquot flagellarum Tractatus

y) Mens. April. in Actis etiam nostris exceptus pariter & laudatus, (y) in quo

AO. 1706, p. 155. sq. tamen illud vix laudandum arbitror, quod gemma cuius

in Actis etiam sit mentio tam sollicitate explicet. Quod enim

pro antiqua ipsam habet, quod Pescennium in ea exprimi dicit, utrumque valde incertum.

Atticū enim antiquorum temporum elegantiam & ἀρχέσεων adeo non refert, ut

ara supra caput posita, caput in angulo gemmae locatum, lice-

re hic & illic disperse omnem fere antiquitatis fidem ipsi de-

rogent. Pescennium ea repræsentari debere nihil suadet,

& explicatio denique literarum nil nisi conjecturam nobis si-

stis. Habemus omnino tales gemmas maxime sub Talis-

manum

manum forma recentiorum artificum, quas explicare μικρούς  
λόγους est & τὸν κύμων διαπελόντων. Sed opus est ut ulte-  
rius quæ ad serpentes geniorum imagines spectemus. Bac-  
chicorum origiorum signum serpens erat, teste Clemente A-  
lex. (z) Hinc Ophite serpentem aliquem in spelunca nutrie-  
bant, a quo per magicas incantationes evocato, & super a-  
ram egresso oblationes suas sanctificari crediderunt, qua de re  
videri potest Celeberr. noster Itigius, (a) Pari modo Jovis a) de Hæres.  
Sabazii cultu initiandi serpentem per sinum ducebant, ut p. 120.  
Julius Firmicus demonstrat. Quin imo eousque symboli-  
cus iste cultus processit ut Justinus Martyr (b) scribat, b) Apol. II. p.  
παρεργά παντὶ τῷ νομιζόμενῷ παρεργά ὑπὸ ΘΕΩΝ ΟΦΙΣ μ. 1.  
σύμβολον μέγα καὶ μαστίχον ἀναγερθεῖται. Hoc in  
Iphis maxime templo factum elegantissimus Sponius (c) c) Miscell. p.  
observat, quo Juvenalis locus facit scribentis 87.

Et morisse caput visa est argentea SERPENS.  
Loquitur enim ibi de re quadam cui Isis annuat. Hic serpen-  
tum honor unde nisi a Phoenicibus originem suam habeat?  
De quibus ita Sanchoniatho (d) τὴν μὲν τὸν ΔΡΑΚΟΝΤΟΣ  
Φύσιν καὶ τῶν ΟΦΕΩΝ ἀντὸς εἰξ ΕΘΕΙΑΣΕΝ ὁ τὰυτος d) ap. Euseb.  
καὶ μετ' αὐτὸς ἀνθεις ΦΟΙΝΙΚΕΣ τε καὶ Αιγυπτιοι, ubi in  
sequentibus etiam causas affert cur illis animalibus divini a-  
liquid tribuerint. Nisi tamen κακοδαιμονος impulsi ab  
impuro in Historia Protoplastrorum serpente cultus ejus oc-  
casione sumiseret. Neque vero quis perpetuam hanc Ge-  
niorum imaginem debet putare, nam sèpissime humana  
etiam forma nobis repræsentantur, v. g. in nummis ubi Ex-  
ercitus Genii, in sepulchralibus item monumentis sub pue-  
rorum in utroque latere stantium figura, quorum alter re-  
ctam, humo obversam alter faciem manu tenet. Ut alia  
exempla penum Antiquitatis intentius scrutantibus facile ob-  
via nunc taceam.

### S. XXVII.

Solus adhuc ad eas quæ tractationem de Demonibus ab-  
solvent partes restat *cultus*, quem quantum vires nostræ per-  
mittent exponemus plus effecturi si superessent Zoroastris  
vicies

vicies centena millia de Deorum sacris, culti & ritibus ver-  
suini. Num materialis is esse debet nec ne prolixo satis  
disputat Iamblichus, (e) summaque ejus doctrina eo reddit,  
ut dicat, materialib[us] Diis atque in iis sacrificiis, quibus cor-  
poris aliquod bonum experitur materialia offerri debere,  
f) de Abstinentia immaterialib[us] Diis immaterialia, f. ut Porphyrius (f) ex-  
IL. §. 34. plicat, ἀπαξέρεσθαι ἀντοῖς ENNOIΩΝ καὶ τῶν περὶ ἀν-  
g) ad aur. τὸν καλῶν. Quo pertinet etiam, quod Hierocles (g) dicit,  
p. 22.c. & p. 46. ἡ Ἰ σύρφων τῷ ΝΟΜῷ ΤΙΜῇ ἡτοῖ ΟΤΣΙΑΣ ὅπῃ τῶν  
τιμωμένων ΓΝΩΣΙΣ, καὶ ἡ πρὸς ἀντὴν κατὰ δύναμιν  
ΕΞΟΜΟΙΩΣΙΣ. Nec immerito hoc trahas senioris istius in  
Pythagorici convivio praeceptum: Περὶ τῶν ΘΕΙΟΤ., καὶ πε-  
ρὶ τῶν ΔΑΙΜΟΝΙΟΤ., καὶ περὶ τῶν ΗΡΩΙΚΟΤ. γένες ἐνΦημόν  
h) de vit. Pyth. τε καὶ ἀγαθὸν ἔχει ΔΙΑΝΟΙΑΝ, apud Iamblichum. (h)  
L. l. p. 100.  
i) l. supra all. Sacrificia autem ut porro docet Iamblichus (i) a materia-  
libus Diis debent incipere, quippe cum aliter ad immateria-  
les non detur ascensus, utpote qui non aliter corpora sibi  
subjecta regant quam mediantibus materialibus. Perse-  
ctissimum denique sacrificium statuit, si sacrificetur simul  
omnibus spiritibus Deum in apparitione comitantibus cuique  
pro naturae sue ratione.

### S. XXVIII.

Hæc quamvis jam evincant colendos esse Dæmones exilii  
Veteræ superstitione aperta tamen quibus id præcipitur &  
monstratur loca priusquam ad magis specialia transeamus su-  
mus adducturi. Sic Cyrillus Alexandrinus præful. (k) de  
121. Dæmonibus ἐπισάτει gentium dicit: Εαντοῖς τὰ παρθε-  
πάντων ἀρπαζόσι γέρα, τὰς ΘΤΣΙΑΣ, τὰς ΕΩΡΤΑΣ, τὰς  
ΤΜΝΟΤΕΣ, τὰ ΧΑΡΙΣΤΗΡΙΑ, καὶ τὰς ἀντῶν ΘΕΡΑΠΕΙΑΣ  
ἀνακεῖσθαι μόνας αὐτοπεπένθασι τὰς ἐπὶ γῆς. Porphy-  
rius item quordam DÆMONIUM consequi dicit apud  
homines ΤΙΜΩΝ τὸ ισοθέων καὶ τῆς ἄλλης ΘΕΡΑΠΕΙΑΣ

m) adv. Cels. Hinc Origenes (m) scribit Διὰ τὰς ΘΤΣΙΑΣ καὶ ΚΝΙΣΣΑΣ  
L. v. II. ἐσκαπτιμάθον ποιῶν οἱ ΔΑΙΜΟΝΕΣ τὰ ἀξιμενά ὑπὸ<sup>τ</sup>  
n) L. VIII. τῶν ἀντοῖς περσταγόντων. Ipse Celsus apud eundem (n)

vult nos ΕΤΧΑΡΙΣΤΟΤΕΣ εἶναι πρόστις ΔΑΙΜΟΝΑΣ, σίρην  
νοῦς δὲ φέλειν αὐτοῖς ΧΑΡΙΣΤΗΡΙΑ.

§. XXIX.

Cum igitur colenda divinitatis genera esse constaret, non tamen omnia pari modo coli debere certum habebatur. Hinc *ordo in cultu observandas* stricte fuit, quo genera ista sibi invicem subordinabantur. Unde Hierocles (o) dicit, o) ad aur. οἵ δέοι τὰς ΒΓΚΟΣΜΙΟΥΣ ΘΕΟΤΣ πατέρα, τὴν ὑπάρχοστας Carm. p. 10. αὐτοῖς ΤΑΞΙΝ ΤΙΜΑΝ, ἣν ὁδηγεῖντος νόμον δια τῇ conf. p. 37. εὐτὸν τοιούτον συμπερήγαγε. Et Laius (p) Pythag. p. VIII. 23. nam precepisse dicit, ΘΕΟΤΣ μεν ΔΑΙΜΟΝΩΝ πρότι-  
ΜΑΝ, ΗΡΩΑΣ δὲ αἰθέρωπων. Rurisusque (q) ΤΙΜΑΣ q) VII. 33.  
ΘΕΟΙΣ, διὸν κομιζεῖν καὶ ΗΡΩΣΙΝ, μὴ τὰς ΙΣΑΣ ἀλλὰ ΘΕ-  
ΟΙΣ αἱ, μετ' ἐνΦημίας, λευκημονότας, καὶ ἀγνενότας,  
ΗΡΩΣΙ δὲ δύο μέστα ημέρας. Nec solum ex Pythagore,  
verum ex totius Graecia Theologorum mente Ensebius (r) r) Prep. IV.  
dicit ΠΡΩΤΟΝ ἀπάντων Φαῖτος τὰς θρησκειῶν δέοντας καὶ αἰθε-  
ρίας θεάς ΘΕΡΑΠΕΤΕΙΝ, ΔΕΤΤΕΡΟΝ τὰς αγαθές δαιμο-  
νιν. ΤΡΙΤΟΝ τὰς τῶν ησώων Φυχας, ΤΕΤΑΡΤΟΝ τὰς  
Φαύλας καὶ πονηρές ἀπομελισσεοῦς δαιμόνας. Quo  
pertinet etiam, quod Plutarchus (s) aut Platonem (t) O. s) de II. & Olir.  
lyripiis Dii τὰ δεξιά καὶ περιττά, τὰ δὲ αντίφατα τεττων  
ΔΑΙΜΟΣΙΝ tribuere.

§. XXX.

Secundum hoc ipsum discrimen capienda illa quoque  
in sacrificiis diversitas, qua mox ἔμψυχα offerebantur mox  
ἄψυχα. Diligenter non minus ac jucunde de hac materia u) δε Abstin.  
dilectus Porphyrius (u) summaque doctrina ejus eo reddit, L. II. toto ma-  
quod non diis sed solis DÆMONIBUS offerenda sint s. xime §. 36.  
trifia διὰ τὸν αἰμάτων, quod a Theologis credi dicit Cyril. x) adv. Julian.  
lus, (x) Unde & apud Iamblichum (y) Pythagoras praci- p. 306.  
cipit, Κόλων καὶ Ζανάρω τῷ ΔΑΙΜΟΝΙ μη τιμᾶν. (z) thag p. 61.  
Sicut Qua de re & Celsi insignis locus apud Origensem (q) z) adv. Cels. L.  
consuli potest. Hinc ex sanguinolento cultu Patres ex qui- VIII. p. m. 430.  
bus nominasse sufficiat Cyrrillum (a) atque Origenem (b) a) adv. Julian.  
demonstrarunt, malos agentibus Dæmones coli. b) adv. Cels.  
D §. XXXI. L. III.

§. XXXI.

- Adorationis honorem ipsis tributum simul cum primis  
c) ap. Origen. *tūs* sape legimus. Omnia hæc comprehendit Celsus (c)  
L.VIII. p. 411. ΔΑΙΜΩΝΙ inquietus τοις τὸν γῆς εἰδηστοις θυχαριστήρεος, καὶ ΑΠΑΡΧΛΣ καὶ ΕΤΧΑΣ αποδοτεον, εἴως ἀνέμοις.  
d) Diff. I. p. 14. De adoratione sola loquitur M. Tyrius (d) ΠΡΟΣΚΥΝΕΙΝ  
hortans τὰ ἔγγονα (Ἐθνικεύει) πολλα καὶ παντοδαπά  
e) L. II. p. 38. ὄντα. Martianus item Capella, (e) Νάμος populi in-  
quirit GENIO cum generalis positur SUPPLICANT, & n-  
nusquisque gubernatori proprio dependit obsequium. Ubi  
minime prætermittendus notabilis adorandi ritus apud Chal-  
daeorum magos qui cylindros quosdam aureos, quos Hecate-  
tes vocant Sapphiro incliso, pictos varie loroque bubulo  
tortos rotantes invocabant Dæmones, ut Seldenus ē πάνω  
f) de Diis Sy- (f) mémorat.

§. XXXII.

- Genii tutelares quoque singulari apud veteres cultu-  
gaudebant. Ut enim taceam, quod Genius P. R. diadematius  
innummis quibusdam maxime gentis Corneliae exhibetur,  
de privatorum genii jam solum loquar. Philosphicus Il-  
lius cultus puritate animi mentisque pietate absolvebatur.  
Sic enim M. Antoninus (g) ΘΕΡΑΠΕΙΑ σὺντε (sc. τῇ ἐνδόν  
ἡμῶν δακου) ΚΑΘΑΡΟΝ πάθες διατρέψῃ. Jambli-  
chus (h) colendum eum dicit τῇ Φιλομαθείᾳ καὶ ταῖς πε-  
ρὶ τῆς ἀληθείας Φερίνεσται. Hinc & Apulejus (i) ad So-  
cratis exemplum nos ablegat, scribens: *Hic, quem dico pror-*  
*sus cūstos singulāris p̄fectus, dōmesticus sp̄culatōr &c.*  
*Si rite animadverteritur, sedulo cognoscatur, religiose colat-*  
*tur, ita ut a Socrate JUSTITIA & INNOCENTIA CUL-*  
*TUS est. Cultus vero materialis, quīque certis perageba-*  
*tur ritibus, fiebat antiquitus sine hostia, solo vino, iħure. ser-*  
*tis, unguentis, chōreis, inter quas ceremonias vestē inducebant-*  
*ur alba ad arani stantes, faustaque verba pronunciantes,*  
*alias etiam rite ornati, Antiquitus hunc morem fuisse ex Ho-*  
k) Epistol. II. 1.  
ratio (k) colligo, ita scribente,

Agri-

Agricole PRISCI, fortis, parvoque beatè  
Tellurem porco, Silvanum latè piabant  
FLORIBUS & VINO GENIUM, memorem brevis evi.  
Flores hic & vinum modo memorat Homius quorum illæ  
serit adhibebantur hoc libamini. Hæc simul cum ludis,  
chorœtis, unguenitis, thure ornatique pluribus locis nos do-  
cet Tibullus ut, (l)

1) 4.7.

Huc ades & centum LUDIS GENIUMQUE CHO-  
REIS

Concelebra & multo tempora funde MERO  
Illius e nirdo stillent UNGUENTA capillo  
Et capite & collo molliæ SERTA gerat.

Porro (m)

Ipse suos GENIUS adst̄ visfurus honores  
Cui decoret sanctas molliæ SERTA comas  
Illius puro defilient tempora NARDO.  
Atque satur LIBO si madeatque MERO.

m) II. 2.

It, (n)

Magne GENI cape THURA libens, votisque faveto.

n) IV. 5.

Denique (o)

Natalis JUNO sanctos cape THURIS honores  
Quos tibi dat revera docta puella manu,

o) IV. 6.

Nota tibi est hodie, tibi se lexifima COMSIT  
Staret ut ante tuos conspicienda FOCOS.

In quo ultimo loco notandum est loqui ibi foemina, qua-  
rum genii Junones vocabantur. Huc pertinet etiam Or-

phici hymni (p) Inscriptio : ΔΑΙΜΟΝΟΣ θυμίαμα λιτεῖα. p) εἰς ὀδύσσεα  
vov. Aram erectam, albanque veltem habet Ovidius duo-

bus locis ut, (q) cum natalem suum ita alloquitur,

q) Trist. III. 13.

Scilicet expectas solitum tibi moris honorem,

Pendear ex humeris VESTIS ut ALBA meis,

Eumida cingatur florentibus ARA CORONIS,

Micaque solenni THURIS in igne sonet.

r) Trist. V. 5.

Item (r)

Quæque semel toto VESTIS mibi sumitur anno

Sumatur fatis discolor ALBA meis

D 2

ARA-

ARAQUE gramineo viridis de cespite fiat,  
Et veler tepidos nexa CORONA foci.

§. XXXII.

Ore denique favere dicebantur, quæ phrasis ut & Graecorum ēvΦρεν duplice sensu gaudet. Velenim tacinuntur nitatem in facris notat, vel bene ominatarum vocum applau-  
s) v. Faventia, sum, de illo præter Festum (s) Seneca. (t) nos instruit,  
t) de vit. beat. hoc verbum inquiens, non ut plerique existimant a favore  
c. 26. trahitur, sed imperatur SILENTIUM, ut rite peragi possit  
sacrum, nulla voce male obstrerente. Posterior significatio  
u) II. 2. t capienda phrasis in natali solennitate. Tibullus illud  
ataque Ovidius rufus testantur, Ille quando canit (u)

DICAMUS BONA VERBA, venit natalis ad aras,  
Quis quis ades LINGUA\* vir mulierque FAVE.

x) Trist. V. 5. Hic sequentibus (x)  
LINGUA FAEVENS adst nostrorum oblitera malorum,  
Que puto dedidicit jam Bona verba LOQUI

y) Trist. III. 13. item, (Y)

Concipiamque bonas ORE FAVENTE preces.

z) VI. 9. Ut de Greco vocabulo taceam, de quo tamen videatur Scho-  
liastes Sophoclis (z) & exempla apud Aristophanem (a) &  
Col. v. 29. Euripidem. (b) Et hic quidem antiquissimis temporibus  
a) Thesmoph. genuinusque adeo erat ritus colendi genium tutelare.  
p. 767. & 783. Postmodum tamen apud principes & honoratores personas  
b) Hebre. vi. 664. invalidis videtur, ut bofia etiam immolarentur die natali.  
tum alias consueto id omiserint antiqui teste Confor-  
c) de die natali. (c) Sic Lampadius (d) narrat, aruspices, cum  
natalem Alexandri commendarent, ex eo ipse predixisse  
c. 2. imperium, quod HOSTIAE de ville Severi essent adduc-  
d) in Alex. Sev. c. 13. Et Spartanus (e) in commendatione natalis Gette  
e) in Geta, c. 3. aperte bofiam a populo cesum pronunciat. Ad celebratio-  
f) Carm. IV. ii. nem natalis Mæcenatis ita invitat Phyllidem Horatius (f)

Ridet argento domus, ARA c' stis  
Vincta verbenis ave' IMMOLATO  
Spargier AGNO

§. XXXIV.

§. XXXIV.

In ejusdem Genii honorem *lectus quoque genialis ster-  
nebatur*, quod claris verbis assertit Arnobius (g) cum in ma- g) L. II. p. 91.  
trimonium convenitis inquit, roga sternitis LECTULUM,  
& maritorum GENIOS adoratis. Imò Festus (h) lectum h) v. Genialis  
geniale dictum ait qui in nuptiis in honorem GENII sit lectus.  
stratus, unde & appelletur. Causam hujus ritus facile quis  
deteget, ante nobis dicta de Geniorum in generatione ho-  
minum cura considerans, quos eosdem & Xuthum intelle-  
xisse apud Euripidem (i) puto, qui invento Joni dicit, i) Jon. v. 1130.

Ὕστες ἐγένεται θεοῖσιν, &c.

§. XXXV.

Qua occasione non prætermittendum censemus cele-  
bre illud ex antiquitate poculum, quod ἀγαθὴ ΔAIMONΟΣ  
appellari consuevit. Evidenter ἀγαθὸν δαιμόνα alias Bac-  
chum dicebant, ut testatur Athenaeus (k) & demonstrat ritus k) L.XV.p.675  
Thessalicus a Pluracho (l) memoratus, cum ille dies, quo l) Sympos. III.  
primum vini novi dolia relinquerentur ἀγαθὴ δαιμόνος di- 7. conf. IIX.  
cebatur. Fiebat id apud Thessalos sexta mensis περσαῆ- 20.  
γία, apud Athenienses undecima Anthesterionis. Et ab ini-  
tio quidem instituti hujus poculi Bacchum per ἀγαθὸν δαι-  
mōna designatum nullus dubito, quam in rem facit lex ab  
Amphyctione Atheniensium Rege, qui acceptam Baccho  
temperandi vini rationem ferebat sancta, περσφέρεσθαι  
μετὰ τὰ σύρτα ἀρεγούσιον μόνον, τὸν γεωργὸν, δειγμα τῆς  
διωκόμενας τῇ ΘΕΩΤ, ut est apud Athenaeum, (m) Successit m) L. II. p. 38.  
autem temporis eo rediisse illam consuetudinem facile lar-  
giar Viris doctis, ut per ἀγαθὸν δαιμόνα, quisque Deum  
quem sibi maxime veller proprieum, vel etiam proprium de-  
monem intelligeret. Solabant enim gustantes poculum hoc  
vino non diluto impletum ἀγαθὸν istum δαιμόνα invocare  
ne aliquid turpiter faciant, nec immodice bibant, sed  
verum ex eo potu fructum percipient ut tradit Theophra-  
stus libro de Temulemia, (n) Elegans maxime locus est n) ap. Athen.  
hanc in rem Ariophanis (o) apud quem Demosthenes bi- L.XV. p. 693.  
bens πρότινος ἀγαθὴ δαιμόνος, dicit o) Equit. I. 1.

"Ω ΔΑΙΜΟΝ ἀγαθή, τὸν τὸ ΒΟΥΛΕΤΜ' ἐκ ἐμού.

Notum vero ex antecedentibus de Genis, quod iis directio  
consiliorum nostrorum tribuatur. Acute huc transfert.

p) ad Horat. p.  
m. 43, seq.  
q) Carm. V. 5.

¶ alteris

Te mensis adhibent DEUM.

Solebant enim hoc poculum non nisi sub finem coenæ in-  
troferre, quod tangit & *Apostoli* (r) sed non satis exacte,  
ritum describit, quando inquit, ἔτι εἰχον οἱ παλαιοὶ μεῖδες  
τὸ δεῖπνον πίνειν ἀγαθὸς δαιμόνῳ, στριφόσιντος ἀνεργον  
τοῦ τότε ἡ τρίτην. Namque omnino sic confundit pocula  
reliqua cedem fere tempore hausta, οὐ γένες puta καὶ διὸς  
τωτῆς. Ad extreum testes adhuc aliquos Athenaeo  
etiam citatos in medium de isto poculo proferam, sic Nico-  
stratus in Pandroso

Ἄλλ' ἐγκέαστα θάλην ΑΓΑΘΟΥ ΔΑΙΜΟΝΟΣ

Ἀπενεγυατῷ μοι τὴν τερπέλαιν ἐπ' ποδῶν.

Et Xenarchus in Didymis

Ὄς ἐνπολι νεστίζενγε κατῆσε ἀεχομα

Ητ' ΑΓΑΘΟΥ ΔΑΙΜΟΝΟΣ

Σωτέρεσσε μὲν πεποθεῖσα Φιδᾶν παντελῶς. Sufficent hæc de isto poculo, nisi obiter adhuc monendum  
esset B. L. de Stucki errore, qui hunc ritum commemorans

s) Antiq. Con-  
vival. III, 23.

(s) omnia confundit, dum διὸς σωτῆρος, οὐ γένες & ἀγαθὸς  
δαιμόνος πόστες pro una eademque varias solum appellations  
fortita venditare non dubitat. Seduxisse ipsum fere  
auguro *Apostoli*, attamen facile se expedire potuisse, si  
omnia Athenæi loca, quæ tanto studio allegat, pari diligenc-  
ia voluisse perpendere. Evincit sane vel ultimus quem ad-  
duxì Xenarchi quam clarissime, Jovis Servatois & boni ge-  
nii pocula fuisse diversa. Pari modo impingit, cum duo in  
quavis coena ἀγαθὸς δαιμόνος pocula facit.

S. XXXVI.

Nec larum cultus, quippe fatis insigni inter Dæmones  
officio notorum omittendus. Audiamus maxime hic ido-  
neum

neum testem larem de se ipso loquentem apud Plau-  
tum (t) t) Prolog. Au-  
Huic filia una est: Ea mibi cotidie  
Ant THURE, aut VINO, aut aliqui semper sup-  
plicat  
Dat mibi CORONAS.

Et hic quidem erat simplicitatem veteris avi redolens lares  
colendi modus, addenda tamen sunt ciborum in mensis ap-  
postolorum primis, quod vel ex historia Servii Tullii apud  
Plutarchem (u) & Dion. Halicarnassum ubi ejusdem regis u) De Fortun.  
origines narrat potest patere. Scite omnia & graphicē ob Rom.p.m.349.  
oculos ponit elegantiarum promus condus Tibullus (x) ita x) 1, 10.  
lares suos alloquens.

Neū pudeat prisō vos esse e STIPITE factos  
Sic veteris fēdēs incolumis avi,  
Tunc melius tenuere fidem, cum paupere cultu,  
Stabat in exigua LIGNEUS aē Deus  
Hic placatus erat, seu quis libaverat UVAM  
Seu dederat sancta spicae SERTA come  
Atque aliquis vori compos liba ipse ferebat,  
Postque comes parum filia parva FAVUM.

Quemadmodum vero tenuis Romania res a parvis principiis  
ad summā creverat magnificentiam quod eleganti elegia de-  
monstrat Properius (y) sic & subsequenti tempore porcum y) IV, 12 (z)  
offerre latibus adeoque hostia cruenta ipsis facere fuit rece-  
ptum. Testatur hoc ita pergens Tibullus

At nobis arata LARES depellite tela!  
Hostia erit plena mystica PORCUS bara  
Hunc PURA cum VESTE sequar MYRTO QVE  
canistra  
Vincta geram MYRTO vinctus & ipse CAPUT  
Sic placeam vobis.  
Addo Horatium (z)  
Si THURE placaris & horna  
FRUGE LARES avidaque PORCA

z)Carm.III.12.

Et

a) Satyr. II. 3. Et iterum (a)

immolet aquis

Hic PORCUM LARIBUS

Juvencæ etiam ante lares immolatae, quod monstrat Proprius (b)

b) IV. 6.

c) I. 1.

Et cadat ante meos iEt. JUVENCA foci,  
Pauperiores agnas dabant, sic de se Tibullus, (c) cum  
virilis feliciori statu dixisset laribus immolatos, inquit,

Tunc VITULA innumeros lustrabat cœla juvencos

Nunc AGNA exigui est hostia magna soli,  
AGNA cadet vobis.

De coronis autem nihil mutatum credo, quippe que in omnibus ferme sacris gentilium constantis usus fuere, nec Deorum solum simulacris, verum & templi liminibus aristaeque appensæ. Cno (d) certe villice non solum præcipit, ut focum parva circumversum quotidie prinsquam cubuum eatur habeat, & ut statim diebus LARI familiari pro copia supplacet, verum etiam ut Calendis Nonis, Idibus, festis dies cum erit CORONAM in focum induat. Quin jmo Illustr. Spanheimus (e) obseruat coronata Deorum simulacra, etiam privata, & inter supplicationem iactas easdem coronas.

f) XXI. 3. Conficit rem totam Plinius (f) CORONÆ Deorum honor erat inquit & LARIUM. Thare quoque iis & primicia de mensa constanter sacrificatum. Illud ostendit Proprius (g)

g) IV. 6.

Costum molle date, & blandi mibi THURIS honores.

h) I. 1.

Hoc Tibullus (h)

Adjitis Divi, nee vos e paupere MENSA  
DONA, nec e puris spernite scitilibus.

Colebantur lares non solum ad focum sed & in cubiculis,

i) Domit. c. 17. unde Suetonius (i) Domiciani cedi puerum interfuisse narrat,

qui cure LARIUM cubiculi ex consuetudine astiterit.

k) in M. Aurel. Hoc ipsum est, quod lararium vocat Capitulinus. (k)

c. 3.

§. XXXVII.

S. XXXVII.

Porro de laribus memoratur, quod canis iis appicitus, catina etiam pelle simulacra ipsorum recta fuerint. Cujus rei Plutarchus (1) duplarem assert rationem, vel quia domum l) Qv. Rom. st; custodiore incolisque additam, terribiles peregrini esse debeant, vel, quod sint ἐρωνιστές τινες & ποιηταὶ ΔΑΙΜΟΝΕΣ, οἵτοι τὸν θίαν καὶ θίαν. Quod tamen ad terorem peregrinis incutiendum attinet, non video, qu modo hoc cum ex consuetudine stare posit, quo supplices exteri ad forum solebant configurare, quo clientes familiæ sub Lare ipsius passim & speciatim apud Ovidium(m) esse dicantur. Quod m) de Ponte, alteram rationem, videtur confundere Plutarchus *Lares* I. 8. cum larvis. Sicut enim in priori Dissertatione (n) vidimus n) s. XIV. ex Apulijo *Lares erant illi, qui quicq; & pacato numine domum posidebant, larva, qui ob parata vitta in terra puniebantur vagari. Ut adeo illa maxime ratio placeat, quam Ovidius(o) assert,*

o) Factor. V.

E: CANIS ante pedes saxo fabricatus eodem

Stabat, que stanti cum LARE causa fuit?

Servat uerque domum, domino quoque fidus uerque,

Compita grata Deo, compita grata cani,  
Exagitant & lar, & turba diania fures,  
Pervigilantque lares, pervigilantque canes.

Ex quibus Ovidii verbis patet, in hoc quoque impingere Plutarchum, quod laribus tantum presulibus praebat, quæ omnibus erant præbenda. Festum in honorem larium *laralia* appellatum in Calendario antiquo invenimus Calendis Maiis celebratum. Illud vero ad presulites solum seu publicos lares pertinet, quod rursus liquet ex Ovidio (p)

p) I. c.

Stant quoque pro nobis & presunt manibus urbis.

Quemadmodum & compitalia Decembri celebrata. Hinc

Propertius (q) Ennium & alia cecinisse tradit,

q) III. 3.

Hannibalemque LARES Romana sede fugatos:

B

Quo-

Quomodo me præcipua saltem eorum, quæ ad larum cultus  
pertinent explicasse confido.

§. XXXVIII.

Hoc loco & Nympharum, quæ fontium plerumque  
erant tutelares Deæ cultum infero, qui latte corollis & floris  
r) Pastor, L. I. bus siebat. Sic enim *Longus*, (r) τα ἄλλα (sc. ἀνθη) ΣΤΕΦΑΝΟΙ  
p. 8.  
s) L. II. p. 58.  
t) p. 49.  
u) II. f.  
x) IV. 4.

bircam ipsis immolâium LACTE prius perfusum docet, alti-  
bi(t) vero primitias LACTIS ipsis a Chloe oblatas memo-  
rat. Quemadmodum in genere de pastoralibus Diis no-  
tum quod lacte fuerint aspersi, qua de re Tibullus (u)

LACTE madens illic suberat Panilicis umbra,  
Tarde virginis singularem oblationem Nymphis factam  
nobis exponit Propertius (x)

Sæpe tulit blandis argentea lilia NYMPHIS.

§. XXXIX.

Claudant agmen sepulchralia veterum sacra quæ  
cum prolix tractare supervacaneum foret, post tot tanto-  
rumque Virorum non contemnendos labores, ne tamen  
pars aliqua huic dissertationi desit, quædam saltem ex illis  
ritibus sumus delibâturi. Fundamenti loco sint verba Vir-  
gilii (y) quæ quamvis sint aliquantum prolixa non pigebit  
ascr̄ibere.

Ergo instauramus Polydoro funus, & ingens  
Aggeriur tumulocellus, fit ant manibus ARÆ,  
Caruleis moſte VITTIS, arrâque CUPRESSO,  
Et circa Iliades CRINEM de more SOLUTÆ,  
Inferimus tepido ſpumantia cymbia LACTE  
SANGVINIS & ſaci pateras, animamque ſepulchro  
Condimus, & magna ſupremum voce itemus.

Aras hic primum habemus, quas ſepulchrales vocat Oví-  
dius (z). Habemus circa aras etiam vittas seu tænias, aut  
coronas, de quibus *Varro* (a) dicit, quod ex lana fuerint.  
v. 4<sup>ta</sup>.  
a) de L. L. L.  
VI.

Sunt autem caruleæ, qui color alias pullus dictus, ferrugi-  
neus erat, inter purpureum & nigrum medius, nobis viola-  
ceus, quo in luctu honoratiores Romanos ufos fuſſe affir-  
vit

Vir raræ eruditionis *Is. Vossius* (b). Porro sequuntur *cii-b*) ad Catull.  
prefsi, quibus & ad rogum Miseni usi fuerunt ut ex ipso li- P. 18.  
quer *Virgilio* (c). Crines soluos in huc non minus quam c) *Aen.* VI. v.  
abscissos frequentes multa veterum loca & maxime *Teren-* 215. 216.  
*tianus* (d) ille evincit, quo servus amatori refert se amicam. d) *Heavont.*  
ejus vidisse veste lugubri,  
II. 2. conf.  
*Cipillo PASSO, prolixo, circum caput*  
*Phorm. l.2.*

*Rejecto negligenter.*

Sequuntur *cymbia lacte repleta*. *Lactis* vero creber in infes-  
tiis ejusmodi usus, maxime cum *vino* nam & ipsi Pluto-  
ni lac vino mixtum offerri solitum, quod probat *Tibul-*  
*lus* (e)

e) III. 5.

*Interea nigras pecudes promittite diti*

*Et nivei LACTIS pocula mista MERO.*

Quin imò bibere hanc *κρέστην* pastores solebant, sic enim  
*Longus* (f) ἔπιον ΟΙΝΟΝ μίζασθες ΓΑΛΑ. Offa quoque f) *L.II. p.64.*  
collecta vino & lacto spargebantur, unde *Tibullus* (g) g) III. 2.

*Et primum anno so spargant collecta LYÆO*

*Mox etiam niveo fundere LACTE parent.*

Apud *Virgilium* (h) ipse *Aeneas*

h) *Aen. V. v.77.*

*duo rite MERO libans carceris Baccho*

*Fundit humi, duo LACTE novo, duo sanguine sacro.*

Cujus *sanguinis* sacri in nostro quoque loco mentio fit,  
estque sanguis victimarum, quae in inferiis solenni ritu cæ-  
debantur. Tum denum condunt manes antea ob violen-  
tam cædem vagos sepulchro, terque ad ultimum eos vocant,  
quod est *Tibullo* (i) *Prefari manes*, ubi vide quæ notavit *Illustr.* i) III. 2.  
*Jos. Scaliger.*

§. XL.

Plurima hoc loco ut vidimus continentur ad cultum  
funebrem spectantia, desunt tamen aliqua, quæ aliunde sum  
annotaturus. Ritus in ossium collectione oblervandos re-  
citat *Tibullus* (k)

k) I. 6.

*Perfusæque piæ ante liquore manus,*  
*Pars que sola mei superabit corporis offa,*  
*Incinctæ nigra candida veste legant.*

E 2

Et

*Et primum annoſo &c.*

*Posthac carbaceis humorem tollere velis*

*Atque in marmorea ponere ſicca domo.*

1) III. 25. *Unguentis ſepulchra perfuſa patet ex Propertio (1)*

*Afferet huc UNGUENTA mihi ſertisque ſepulchrum.*

*Ornabit.*

*Præter coronas* quarum modo mentionem fecit *Propertius*  
m) En. V. v. 79. ſparſim etiam jacti in ſepulchro flores, Hinc *Virgilinus* (m)  
*Purpureoſque jacit FLORES.*

Quas roſas fuſſe non ſine cauſa credimus, cum *Auſonius*  
n) Epitaph. 36. ſcribat (n)

*Sparge mero cineres, bene oleni & unguine nardi,*

*Holpes, & adde ROSIS balsama puniceis.*

Quid quod & in rogis concremaverint,

*Thurea dona, dapes, fuſo crateras olivo.*

Post mortem deinde iis, quos heroum dignos cenebant ho-  
nore ἡρῷα extreabant, inferiora dignitate templis ut deduc-  
o) ad Inſer. Re- cit *Ci. Salmasius*, (o) unde tot ἡρῷῶν diligens *Pauſanias* in-  
gill. p. 119. f) deſcriptione ſuę Græcia facit mentionem. His heroibus  
apud Athenienses parentabant duces inſignes ac nobiles, quod

p) Eth. I. 17. colligo ex *Heliodoro* (p) Ἐπειδὴ οὐ τὸν Βάθεγον ἐγένετο, τὸν  
ἐν Ακαδημίᾳ, ἐνθα τοὺς ΗΡΩΣΙΝ οἱ ΠΟΛΕΜΑΡΧΟΙ τὸ πά-  
τελον ENAΓΙΖΟΤΕ. In heroum leu *Semideorum* ſacrif-  
q) Qv. Rom. 90 lios Deos ſimul invocari non potuſſe *Plutarchus* (q) innuit,

r) πτε. φιλο- attamen invocari potuſſe alios qui non erant dii, ex eo pa-  
δειφ. p. m. tet, quod alibi refert, (r) Iolaum ſæpe Herculi eſſe σύμ-  
333. Eouov (e. g. Athenis ut eſt apud *Pauſaniam*, (s) ſæpe etiam,

s) Attic. p. 44. tanquam ipſius παρεστάνη ſimul cum eo invocari. Addi-  
mus ultimo loco celebre illud Pythagora præceptum τὰ πε-  
σόντα δὲ τεραπέδης μὴ αἰσχεῖσθαι, quod extat apud

t) VIII. 34. Laertium (t) & Suidam (u) cuius explicationem ſuppediat-

u) v. Pausan. partim fragmentum Aristophanis apud eundem Laertium,

x) 45. partim Atheneus (x) τοὺς ΤΕΤΕΑΕΤΤΗΚΟΣΙ τὸν Φίλων σ-  
πένεμον τὰ πιποῦντα τῆς τεραπήσης διὰ τὰ τεραπεύοντα, διό

ηγ

νοὶ Ἐυερπίδης περὶ τῆς ΣΦενοβοῖας Φυτῶν, ἐπειδὴ νομίζει  
Βελλέσσε φόνην τεθνάναι,

Πετσὸν δέ νιν λέληθεν ὡδὲν ἐπὶ χρεός  
Ἄλλ' ἐνθὺς ἀνθῷ τῷ Κορωνίῳ ξενφ.

### §. XLI.

Absolutis itaque, qua post priorem evulgatam dissertationem tractanda nobis de Demonibus supererant, nil restat amplius, quam ut nos nostraque studia eruditio attentoque lectori de meliori nota commendemus, in cuius gratiam sub finem Phædri illud ad Eutychum licet addere.

*Induxi te ad legendum; sincerum mihi  
Candore puro reddas judicium peto.*

---

## COROLLARIA.

### I.

*S*tatum integritatis & labem originalem ex lumine naturae probabili ratione asequi possumus.

### II.

*Bonum non est homini, quod non potest asequi.*

### III.

*Anima materialē effē, non sequitur ex difficultate concipiendi, quod a spiritu incorporeo partes corporis in suos motus cicri queant, nec ex ipsius anima cognitione, qua materialia facilius comprehendit spiritualibus.*

### IV. Lī-

IV.

Lieet veris Christianis fæderia cum illis jungere,  
nationibus, quæ a fide sunt alienæ.

V.

Philo Judeus & Josephus de Urim & Thumim  
sententiam suam non reticuere, cum ille duas ima-  
gines, hic ipsas gemmas constituisse putaverit τὰ Urim  
ac Thumim.

VI.

Naegœq; Magnus Vossius Theol. Gentil. I. 12. Ge-  
tam Caracalla fratrem ex familia solum Augusto  
non etiam Principem fuisse afferens.

VII.

Cornua capitibus Regum in nummis appicit a signum  
sunt potentia.

VIII.

Particula Græcorum τε non est expletiva, verum  
tantum non ubique copulandi significatum habet.



ALVI

72 919.

ÖN A 6610



V ① 18

5b.

W 17  
C VD 18



Inches	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19
Centimetres	2.54	5.08	7.62	10.16	12.70	15.24	17.78	20.32	22.86	25.40	27.94	30.48	33.02	35.56	38.10	40.64	43.18	45.72	48.26

## Farbkarte #13

B.I.G.

Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black
Light Purple	Light Blue	Light Green	Light Yellow	Light Orange	Light Magenta	White	Dark Magenta	Black

GICA SECUNDA

IBUS,

LOSOPHICÆ  
RIORIS  
CO

O M D C C VII.

T RABENER,

, Goezi.

26

J. G. F. A.